Altū acidū ructuātes nō valde pleuretici fiūt. Qū eiz Nō valde diceret: rarnz eē neēe est: nō q̄ nunquā cōtigerit: qō q̄dā itelligūt hūc aphō. interp̄tātes. Nos in alio loco dixim⁹ de pleuretic]: q: si sputum citrini solum: aut citrinū rubeū sit duab⁹ attinuerit specieb⁹ cholericis. q: si sputū fuerit albū phlegmati: nigrū melācholie pertinebit: rubicūdissimū sanguini. Pleuresis enīz apostema est in ēteriozib⁹ costaz pellicul. Apostema nascit ex q̄buslibz supfluis hūozibus. Scōm qualitates ergo diuantis hūoris erūt sputoz q̄lītates: ⁊ habitus ifirmoz: silr ad spem sanitatis: vel ad desperatōez mortis. Pulmo ⁊ costaz pellicule hūores nō rcipiūt equalr q: pellicule spisse sūt ⁊ solide: ⁊ pulmo rarus in tota substātia sua: vnde oēm hūorē cito recipit: costaz pellicule nō nisi qō de cholerico ē genere. Ubi ergo phlegma dominat raro pleuretici fiūt: maxīe si phlegma sit salsū: pūgēs ⁊ mouēs intestinū ad id purgādū. neq̄z solus purgat phlegmate: sed de oīni hūore cū eo descēdēte. vñ hippo. in quodā libro suo, s. pitonnoromatō: hūidi vētres nāliter: nec pleuresiz: nec alias īcidūt infirmitates. 34

Qelicūqz calui fiūt: his uarices nō nascūt magne. Quibuscūqz uero innascūt: rursus capillati fiunt.

Sīq̄s prudēs in dictis sapiētū aliq̄d falsum inuenerit: admirabit vel dubitabit: vbi ī ꝑpatilo dubitādū ñ eēt: stabit tādē re certificata eē falsa: sapiēt nō ēē dōm id nō dubitat. Oib⁹ aūt certū ē calnos aliqñ nō posse capillari: ⁊ fiāt ī eis magne varices. Qō vo dixit: Si varices magne inascūt capillāt: ⁊ si vez ē fiq̄dez qō dicūt alii q: calnicie tinniositatē itellexerūt. hec.n. passio ex malis innascit hūorib⁹: sīc alopicia ⁊ tiria. q: si vterint se ad pedes: necesse est fieri varices: ⁊ pili reuertūtur: quia qm humores pūtes pilos corrūpēt: necesse ē vt redeāt descēdentib⁹ eisdē. 35

Hydropicis tussis supueniēs: malū: Pzeexīs uero sine malo.

c Consueuerũt antiq̃ dicẽtes Supueniẽs vel supuẽ tur: intelligere q̃libet passiõis accẽtia ex pessimi tate: vel augũtatiõe sua: sicut fecit Dhimogeus in libro de accẽtibus morbis supuẽient: b⁹. Idez ⁊ in hoc aphorismo hippo. fecit de tussi. non enim omis tussis supueniẽs hydropicis malũ erit: ꝗ tũc tũ qũ existat ex morbi essentia. Si enim crescat hũiditas a quosa hydropicis pertingẽs vsq̃ ad cãnales pulmõis: generat tussis inde vñ vicinus est suffocatiõi. ¶ Joanniculus: ¶ Cannales pulmõis per pulmonẽ sparsos: oportet intelligi: qũ autẽ cãnalis dicat singlariter guttur: vñ diuersi pdeũt intellectus. per cãnales diuerse: diuerse intelligũtur. 36.

b Issuriam phlebotomia soluit: incidere uero uenã q̃ int⁹ in talo est

Dc nõ certificam⁹: nisi quiddã adiciamus vt dicam⁹ incidere venã soluit vissuriã: ⁊ vere phlebotomia soluit vissuria: si toti corpori insit sanguinis abundãtia. Quod Int⁹ incidere dixit: si intelligamus venas in brachijs: falsum erit: nec ꝛueniũt victis hippo. qũ in passiõibus supiozibus epatis a mãibus phlebotomari: in inferiozibus vo a genuu: interiozib⁹: aut sup calcaneũ: incidi has venas dicere assueuit. Quidaz tñ arbitrãtur qũ audiant Intus: interiores venas dici in pedibus. Sed parua est differẽtia inter interiores ⁊ exteriores pedũ venas: qũ de vna ⁊ eadem exeãt. Dico ergo ⁊ affirmo hũc aphorismũ non fuisse hippo. ¶ Joanniculus: Qũ dicamus Intus: vel interius: latus intelligimus. interius vo basilica est in mãibus ab asellis pdiẽs: exterius cephalica: qũ a spatulis veniat. interius in pedibus est saphena: qũ a familiari latere exeat: exterius sciatica ab extraneo vel exteriori latere veniens. 37

Quinante habito: tumorem fieri in gutture bonum. Extra enim conuertitur morbus.

i Stud ver est ⁊ vtile: qũ enim morbus ab interioribus ad exteriora cutis moueat ad ignobilia a nobilibus: bonũ signũ est. 38

q Ubiscunq̃ absconditi cancri fiunt: non curari melius est: curati enim perciũt citius: non curati multuz tempus perficiũt.

a Bscõditos cancros intellexit in interiozib⁹ corporis pfunditate: quoz nõ apparẽt extremitates: sed interius vulnerosi fuũt: ⁊ sanioſi pfozantes interiora corporis. Quod aũt nõ curari dixit esse melius: duobus modis intelligimus: si videamus omia que oportet non posse fieri sm q̃ oportet: neq̃ scilicz mẽbruz sanetur pfecte: non de sanãdo eos nos intromittamus: ergo tñ tẽpes passio: vt mẽbrum possit defendere malignitatẽ patiẽdo: maxime si cancer vulnerosus fit. Quod etsi non medicemur: tñ illum lauemus: ⁊ nõ cũ quolibz liquore: sed qõ exprimẽtis est pbatum ⁊ ratiõe: vt non faciat putredinẽ: neq̃ in mẽbro pariat tumositatẽ. Qũ autem dixit abscõditos cancros nõ curare: intẽdit nõ debere incidere vel incẽdere. Uidi aũt quosdã medicos incidẽtes ⁊ incẽdẽtes supiora cancri in ano: vel in matricis collo: neq̃ sanitati pfuerunt: sed potius infirmos ad mortẽ maturauerũt: q̃bus si non medicinarẽtur diutius ⁊ cuz minozi picto viuerẽt. nõ ergo sunt curãdi: qui cancros habẽt huiusmodi. Sed cãcros ozos exteriores prodest curari: si quoquo modo radicitⁿ pñt incidi. Radices cancri sũt vene circũdãtes ipm plene melãcholico sãgui ne. Huius etiã incẽsiõez vel incisiõez mlti pbiuerẽt: pcipiẽtes curari tñ vulnerosũ: ⁊ adeo pcussiuũ vt infirmus incidi vel incẽdi pcetur ipm: etiã si in tali membro sit vbi nõ radicitus possit incidi: qõ etiã mlti cirurgici interdiuerũt: neq̃ hippo. dicit licere ad incidẽduz. sed si in extremitate sit corporis: ex vbis suis incidere vel incẽdere debere his põt intelligi. Aristodozus ⁊ diascorides cũ suis sequacib⁹ intelligũt ex vbis suis pnũ posse curari. 39

f Spasm⁹ fit ex plenitudine aut euacuatiõe: ita ⁊ singultus.

s Pasmus est qũ cõtra extremitatẽ suaz lacertus cõtrahit. ⁊ ille mot⁹ neq̃ nãlis est: neq̃ volũtari⁹. tunc aũt ꝛtrahit qũ neruosa interiora replicãtur vl repleãtur. Et idez qõ ⁊ corde minificoz patiũtur: que cũ hũido aere infũdũtur ad se inuicẽ rugant: ⁊ idez fit si aer mltũ siccus sit: ⁊ idem patiũtur qõ corigie foco: vel estuo soli apposite. Singultus etiã vocat spasm⁹ in stomacho: vel meri factus. cui⁹ si nãlem eẽntiã cape velim⁹ nõ spasm⁹ esse dr: sed q̃dam ad vomẽdũ mot⁹: fortior tñ q̃ vomit⁹. Ad que duo stomachus ⁊ meri motu mouẽtur: qũ aliq̃d a se desiderẽt expelli. In vomitu enim stomachus ⁊ meri ad expellẽdũ eis inatãria mouent. in singultu q̃ in interiori parte stomachi sunt expellũtur. Qũ enim adeo angustiozis fit mot⁹ eius in singultu: ac si intiscate sint sustãtie stomachi q̃ emittunt. Sicq̃ eiz piper solũ seu mixtũ bibat: post aũt vinũ cũ aqua calida mixtũ cadit statim in singultũ: quia vinũ qũ stomachi substantia piper illud intiscat: cui⁹ acumine qũ sibi noceat mouet stomachus vt piper per singultũ eijciat. Ego aũt in libro meo de accẽtibus mõstraui sternutationẽ: ⁊ tussim operari idem. 40

q Ubiscunq̃ dolor fit circa hypocondriuz sine phlegmone: febris bis supercuniẽs soluit dolorem.

d Olor pũgitiuus nõ dolor: sed ex vlcetudine pũctura vocat. Herisipila aũt cholerica dolor appellat: qz hoc apostema semp dolor cõcomitat. Si ergo dolor circa hypocõdriuz sine apostẽate venerit: neq̃ pũctura: neq̃ dolor affuerit: cõstipatio seu grossities vẽtosa ⁊ inflatiua vel intpãtia cõpleciõis erit: Quoz curatio est febris liq̃faciẽs ⁊ dissoluẽs mãm cõstipatõis ⁊ vẽtositatis generatiuã: ⁊ malã cõpleciõez ad tpamẽtuz reducit. 41

q Ubiscũq̃ sanies facta in corpore non manifestatur: his propter spissitudinẽ saniei aut loci grossiciẽ nõ manifestatur.

i Ste ãt aphorism⁹ duob⁹ mõis inuẽit in libris: ⁊ diuersimode expõit. vterq̃ tñ modus est ver⁹. vere eiz grossa sanies nõ mãifestat tũc etiã: qz locus vbi est fit grossius: vñ ⁊ quidã grosse saniei: ⁊ quidam grossitiei abscripserũt loci. Sicq̃ aũt vtrũq̃ fiml adunet: vt non propter grossitiẽ sui ⁊ loci manifestatur sanies: bonuz est. 42

Ictericis si epar durũ fiat: malũ.

d Uricies enim sua calidũ seu duz significat in epate nasci apostema. Si autez icterius fuerit sine duricie epat⁹: significat ꝛstipatã eẽ venã: vl pori

sui: vt nã fm crisiz adunatã mãz circa cutẽ expelli. 43.

Quicunqz splenetici a dysenteria capiuntur: his superueniẽte longa dysenteria: hydrops nascitur aut lienteria: ⁊ pereũt.

Bonũ eẽt si quẽdã subsequntẽ aphorismũ pmisisz vbi dicit Splenetici dysenteria supueẽies bonũ: quẽ ẽpe in q̃rto loco ab hoc posuit: tamẽ me hic eum interptari cõuenit: qum spleneticos dicit eos q̃bus diuturna duricies inest: splenis intellexit. Dis si dysenteria supuenerit: duriciẽ soluit. hoc autẽ fit qũ hũores purgant melãcholici: qui in substãtia fuerant splenis. Purgatio vo qũ modũ excesserit: ⁊ diu durans infirmis nocuerit: dysenteria subsequtur: que inquã elõgat. Qũ eniz hũores mali sepe intestina trãsierint: pcutiũtur intestina ita vt virtus eor deficiat: ⁊ calor natural distẽpet: vnde fiũt cause hydropisis: ⁊ lienterie: ppter pcussionẽ intestinor: hydropisis ppter colligãtiã epatis eor. 44

Quibuscunqz ex stranguria ileos innascitur: hi in septem dieb' pereunt: si non febre superueniẽte multũ urina fluxerit.

In ileon nulla inferius egrediũtur: ⁊ si acutius vel acutis clysterizet. Omnes aũt medici in hoc cõcordãtur ileon esse: quz vie stercoris intercludũtur in subtili intestino seu grosso. Multi ex solo apostemate testãtur hoc cõtingere: siue ex opilatiõe: ⁊ stercoris siccitate: vel ex humoribus grossis ⁊ viscosis. Sed ego hec apostema calidum ⁊ durum facere dico: neqz enim credo constipari ex humoribus grossis ⁊ viscosis: cõcedim' tamẽ posse fieri sub quadã hypotesi. Omnes fere inter pretes huius aphorismi quidẽ dixerũt qõ a ratiõe est remotũ: ⁊ ideo non credẽdum. Dicũt enim: si in vesica nascitur apostema: intestina patiũtur ppter cõpressionem ⁊ inde passio hec fit. Ego aũt vidi meo tẽpore de stranguria multos ad mortem deuẽisse: ⁊ multos inde mortuos esse: quor vesica visui apparebat plena: extẽsa: dolorosa: ⁊ nullus tamẽ patiẽtiuz incidit dolorem istum. Qũo ergo dicatur q̃ ileos ppter cõpressa intestina ab apostemate vesice nascat? quia si fierz magis necessario ex apostemate vulue cõtingeret: q̃a vulua ascendit usqz ad diafragma: vnde magis intestina debuerũt cõprimi. Si eniz vesica apostema habuerit: solum rectuz intestinuz cõprimit. Adhuc dicunt quidã peius: qũ febrem calidã ileon iuuare fateant: qũ febris ppter solum apostema vesice fit: quod q̃stomagis maiorat: tanto febris plus augmentatur. Est enim febris accidẽs quoddã semp apostema vesice comitãs. Neqz speramus febrez sanari: nisi curatiõe apostematis: ⁊ apostemate sanato: febris sequtur curatio. Non ergo ex febribus ileos est curari: sed potius ex cessatiõe febris: ergo febris cessatio fit: cessante apostemate non ergo febris bonũ ⁊ laudabile erit signuz: sicut dicũt isti. Item febris non est cura alicuius morbi: nisi de frigiditudine fuerit sola: vel cum humoribus pblegmaticis: vel cuz ventositate grossa ⁊ inflatiua. qũo ergo istud fieri dixerint: ignoro: qum neqz ratiõe auctoriazari possit: neque experimẽto. Item nescio qũo inuestigari possit hoc. Sed si hippo. vel aliquis alius qui hunc fecerit aphorismũ infirmũ vidisset huiusmodi: nescio enim quis hunc aphorismũ fecerit: bonuz eẽt dici: hũores ⁊ crudos ⁊ frigidos accidentia fuisse huius morbi: ⁊ eum cum febre ⁊ vrine purgatiõe curari: sicut dicunt isti. Hũores eniz illi ppter febrem dissoluũtur: ⁊ per vrinam multã ⁊ grossam: sicut aiunt emittuntur. 45

Vulnera quecũqz annua fuerint: vel longius tempus habent: os necesse est emitti: ⁊ cicatrices fieri concauas.

Vulnera que diu elongantur ⁊ non sanantur: ⁊ si sanãtur recidiuãtur: necesse est vt dure sanẽt vel quia mali humores ad ipsa currãt: vel quia mẽbra in quibus sunt ppter humores diu currentes in malas qualitates mutãtur: vel ppter malignitatẽ ⁊ pessimitatẽ suaz. Antiq huiusmõi vulnera vocauerũt farsa. Moderni specialiter diffinire volentes vnicuiq; speciei imposuerũt nomen ppriũm: Quedaz chironea vocãtes denominauere a chirone priius sanante: Quedam thelephia: a thelepho: qui priius sanauit ea: Quedaz corrosiua: que cum supficie corporis vadant: non tamẽ cutem pforant: Alij formicas: Alij ignem sacruz. Que aũt cutem interiorẽ ⁊ carnem pforant: vocãtur corrosiua. Que vulnera putrefacta vocãtur: non tũ sunt vulnera: sed quedaz passio ex vulnere ⁊ putredine cõposita. Scim' eniz quedam mẽbra putredinem sine vulnere patientia: ⁊ quedaz sola vulnera: que vocãtur herisipila. Hec vulnera habẽt naturam nomina herisipile: farsa: formica. alia que non sunt huiusmodi: vulnera solũ appellauerũt antiqui. Hippo. in hoc aphorismo mõstrare voluit: quia vulnera nõ elõgantur: nisi quia ossa patiãtur: quod expimẽto testatur: ⁊ ratiõe terminat. Multotiẽs enim sanãtur: ⁊ paulo post tumescendo reuertũtur. hoc fit quia medicina carnem super mala ossa sanãte apparẽt vulnera quasi sana: qum in ossibus subteriorib̃us pmaneat corruptela: que fit reuertẽdi causa tumorẽ incipiẽtem: sanie sequente: ⁊ vulnera in carne faciente. ⁊ ita nõ sanãtur nisi cum medicina: quam in suo libro dixit de vulneribus: quaz ego mõstraui in tertia particla megategni. Oportet dici oia vulnera desiccari: marie si ossa deficcata habuerint: terminus desiccatiõis erit quãdo corruptio apparebit ossis ⁊ os extrahere. post sanata ergo vulnera q̃tuz os exierit: tanta remanet cõcauitas. 46

Quibuscũqz gibbi ex asmate fiunt aut tussi: ante iuuentã pereũt.

Quomodo gibbositas fit: in libro de concatenatõe mẽbrorũ mõstrauit. Que ante: que retro: que lateralis fit. Hec passio marie attinet dorso: quaz perfecte intellectur' libum illum suũ est lecturus. Ego tamen hic dicam q̃tum necesse fuerit: Gibbositas dorso venit ex percussiõe: siue casu: siue ex duris vulneribus interiorib': que si sint in vna dorsi spõdili: ⁊ in parte interiori: extra cõcauitas est in eodem spõdili. Si ergo gibbi ex asmate fiunt aut tussi: ante iuuẽtam pereũt: quia molestatiões fortes faciunt ppter impfectiõez mẽbrorũ spiritualiũ. Cõtingit etiã hoc si casus nõ pcesserit: nec pcussio: ex solo apostemate duro: crudo: ⁊ indigesto intus. Vulnera aũt ad se inuicẽ differũt: fm q̃titatem: locum: ⁊ duriciem. si sint in loco nobili ⁊ magno anhelitus fiet maior ⁊ periculosior. si aliquãtulũ humores fluxerint in cãnales pulmonis: generat tussis: huiusmõi vulnera nõ sunt dura: ⁊ ideo aliquantulũ post vel priius sanies fit: ⁊ infirmũ occidit. Vulnera nõ effluẽtia nõ ilico infirmuz mortificãt: quia humores grossi ⁊ duri ⁊ crudi sunt. sed que cum tussi cito saniem faciũt ⁊ occidũt. Idem etiam

vulnera cum asmate faciunt ante iuuētam.hec enīz aut sunt magna:aut in periculoso loco pectoris.Pulmone autē ⁊ corde patiētibus loca ea circūdantia parua fūt:⁊ angustiosa. Non ergo cor ⁊ pulmo crescūt:nec ad vitaz sufficiūt: q̄a gibbositas pectoris spaciuz angustat:⁊ ideo asma incidūt: quod nullaten⁹ euadere queūt. Si aūt fit ante gibbositatē: spiritus angustat ,ppter solum apostema: q̄tomagis si diu crescāt ⁊ augmētant vulnera. Passiones aūt spiritus mlte sunt ⁊ diuerse. ſz hippoc.hoc nomen solum posuit his qui spissum patiūtur spiritū.Consuetudo enim fuit antiquoꝝ spissitudinē spiritus ex angustia:vel nimijs exercitijs,vocare anhelituz. Moderni diuturnā passionē spiritus similiter vocant anhelituz: ⁊ si sit sine febre:⁊ pessimitas adsit spiritus. 47

Q Uibuscunque phlebotomia aut pharmacia cōfert:hos uero phlebotomare aut pharmaciā dare cōueīt

PAlam est intelligi quod hic dicit attinere sanis: qui nisi tamē corpora purgauerīt: non diu erūt sani. Oportz ergo in veris initio purgari hos cū phlebotomia: si de plenitudine timeat: cum solutiōe ⁊ vomitu:si de corruptis hūoribus.diu enim mltos huiusmodi custodiui:qū singlis egrotarēt annis.mltis quoqz podagricis arteticis: non tñ adeo fortiter vt putrescerēt digiti hoc modo subueīmus: ⁊ venturas passiones distulimus.simil ,ptelauimus quibusdā empima:epilepsiam apoplexiaz:⁊ ceca:hoc modo purgatiōis.Phlebotomia aūt vniuersal est medicina omni passioni de plenitudine. purgatio cum solutiōe ⁊ vomitu: si general attendant vna esse videtur .q̄ si specialiter: non vna est: quia qum quibusdā hominib⁹ cholericos humores purgare contemnat: alijs quoslibz alios:sm naturas morboꝝ diu assueto diuersifoꝛmiter purgādi sūt. Ego aūt cognosco quēdam:cui annuatim solet euēnire mania:si nō purget corpus:de quo miratus sum:quia qum venire mania incipiat ab initio eam futuram cognoscit: ⁊ qū me vocauerit: data purgatiōe quieuit: qū purgatio duo faciat adiuta menta: quia ⁊ corpora a malis humoribus mūdificat: ⁊ acuminibus ad anum venientibus aperiūtur vene emorroide:per quas pessimus sanguis effluit: que si fluxerint de cōsuetudine: ⁊ claudūtur: mania inde gignitur: vedi huic purgatōez non soluere:sed autūno: ⁊ hoc per singulos annos. Si aūt tempus purgatiōis neglexerit:manie future signa sentit.simil ⁊ quedam mulier cancrū hūit: quam forti medicina purgaui:choleram nigram expellēte:deinde singulis annis cū pharmacia in vere: quā si neglexerit:intus in loco cancri dolebat. Noui ⁊ quēdā cui lepra iniciauerat: quē tñ phlebotomia ⁊ pharmacia purgaui:cui postea sufficit in vere pharmacia ānuatiz: ⁊ pretermittēti signa apparebāt passiōis: semp ergo idigebat purgatiōe necessaria cholere nigre: ⁊ epilepsie:⁊ apoplexie.asmati minoratio necessaria est phlegmatis.arterica calida de genere cholerico est:frigida phlegmatico. Noui aūt quēdaz:cui per singulas estates tertiana veniebat: data ē huic pharmacia cholere rubee purgatiua: ⁊ sic p multos annos cessauit tertiana.medicabat aūt sibi in fine veris sicut cōueniebat huic humori. In apoplexia:epilepsia:artetica: ⁊ melancholia : alijs quoqz de humoribus grossis ī initio veris pharmacia cōuenit.vñ ego feci vnū libū quibus ī vere necessaria fit purgatio intitulatū:que pars est regende sanitatis. 48

S Pleneticis superueniens dysenteria:bonum.

HUne explanauimus:qū superius Quicūqz splenetici a dysenteria capiūtur ⁊c.nō exponimus quia iam superius expositus est. 49

Q Uibuscūqz tumores podagrici fiunt : in quadraginta diebus deferuescentes resident.

TUmores podagricis ex humoribus fiunt abundantibus in cōcatenatiōibus calcaneoꝝ descendentibus: hos in primis lacertosa loca: ⁊ cetera cutem circūdantia recipiūt.Qum ergo loca illa implentur extēditur humiditas: que cōcatenatiōez custodit exterius.nerui illi ⁊ corde in podagricis non tumescūt.volent ergo tñ extensione concatenationū:q̄ mōstratur: quia spasmo supueniente nunq̄z podagrici fieri videtur Spasmus enīz plurimū cōtingit ex apostemate: ⁊ in neruis ⁊ cordis.Curatio aūt podagre:⁊ omnis huius apostematis vna est ⁊ cōmunis:vt dissoluat materia ad calcaneos:fluida subtilis cito dissoluit: grossa vel viscosa tarde: si vtraqz adsit tardius. Huiusmōi tumores non transeunt vltra quadraginta dies: si patiens fuerit obediens. Apostema aūt caliduz in carnosis locis terminat in dissolutiōe itidem vt acuti morbi .i. in q̄ttuordecim vieb⁹: quia natura carnis rara est ⁊ tenera humiditati vicina. vnde apostema in cordis ⁊ neruis tarde collectiōez recipit:⁊ tardius dissoluit. quia enim ad collectiōez durioꝛes inde ad dissolutionē collectiōes erūt tardioꝛes.Ideoqz hippo.dissolutōez podagricoꝝ nō in q̄ttuordecim diebus terminauit:sed in q̄dragīta: quia humores ī cōcatenationē descendētes:necesse est a natura dissoluātur.et fumosi fiant cōmiscēdi substātiali humiditate concatenationis: ⁊ ita cicci purgātur ⁊ dissoluūtur: Que omnia in quadragīta diebus nō possunt fieri. Hippo.aūt in ,prosticis nomiauit dicens in ipsis terminū diuturnoꝝ morborum: ⁊ transiuit acutum. Hec omnia in meacriseos pfecte exposui. 50

Q Uibuscūqz cerebrū sursum cōcutitur:necesse est febrez ⁊ fellis uomitum superuenire.

FEbrem pati ex percussione cerebri : vniuersale est omibus nobilibus mēbris si calidum apostema habuerint. Fellis vomitus ex colligantia neruorum cerebri ⁊ stomachi subsequtur. A cerebro enim duo magni nerui descendūt ad os stomachi. cholera autē solet descēdere ad stomachū: non ex hac causa solum: sed ,ppter dolorem nimiū.i.tristiciam:angustiā:marie si stomachus sit defectus . Mēbra enim qū defecerīt ex vicinis sibi mēbris:humores recipiūt:maxime subtiles:sicut cholera ⁊ humiditates aquosas.Cholera enim que euomitur aquose humiditati cōmiscet. sanis aūt cholericis multum a cibis retardatis:cholera ad stomachū cōueīt. Non soluz aūt percussione cerebri cholerā euomūt: sed si durus cerebri panniculus : qui dura mater vocatur patiat:hic enim qū multis in locis cerebro iungat:ipso patiente ⁊ cerebrum patiet. Ossistratiani autē dicunt neruos exire ex cerebri panniculis: ⁊ ideo qū vulnera nascūtur:si sint in dura matre ex sola illius panniculi veniunt passiōe:q̄ in sola sui eēntia ē:hec ossistratiani nō ossistatus dixit.Ossistratus aūt in senectute sua libū scripsit ō anatomia:in quo dixit Initia ⁊ fundamēta cerebri sunt nerui qō pfecte ego explanaui in anatomia hippo. 51

Q Uibuscūqz sanis dolores repēte fiunt in capite: ⁊ continuo sine uo

ce fiunt ⁊ stertunt: pereunt in septem diebus: si non eos accipiat febris.

Cum hippo. sine voce: aut muros dicat: nō de sola voce intelligit vel sermone: sed de sensu ⁊ tota volūtaria nobilissima actiōe: ⁊ aliqñ inde sensus liberat: quia quosdam sine voce esse: ⁊ tamen sentire hippo. inuenire dixit. sed qum actio tota volūtaria ⁊ sensus patiūtur apoplexia appellat. Est aūt maior ⁊ minor stertere signum est maioris. ex defectiōe aūt actiōis nerūor sternutatio fit ambar apoplexiar: quod pfecte mōstrauit in libro de interiorib⁹ mēbris. hic tamē inde dicar breuiter qō necessariū ē: Luiciūqz sano subito vēit dolor causa erit grossa: ⁊ inflatiua ventositas. cōtingit etiaz ex mlta materia phlegmatica in capite veniēte subita. Cuius curatio erit subsequēs febris: que cum calefactione grossam ventositatē ⁊ materiaz phlegmaticaz dissoluit. Nec aūt passio septimū diem non excedit: qum mēbrum nobilissimū sit: ⁊ nobilia mēbra periculū morbi ⁊ longitudinem tēporis nequeāt pati: sicut iam multis locis exposuimus. 52

Attendere oportet ⁊ iudiciū oculorum in somnis. Si enim quid albi apparet cōmissis palpebris: non ex diaria existente: aut pharmacie potōe: malum signum ⁊ mortale valde.

Cunc nñ apparet albedo oculor' qū non pfecte se claudūt. Qō duabus fit ex causis: aut ex siccitate palpebrar: aut ex defectiōe motuū. In diaria aūt ⁊ pharmacia ex deficcatiōe sua fit: que citius apparet in palpebris qz in ceteris mēbris. sicut enim corpora sicca extendūtur: sic ⁊ hec mēbra si patiūtur. neqz dubiū est si virtus defecta sit oculos claudi non posse: neqz solum oculos: sed nec etiam os. vñ huiusmodi defecti ore aperto dormiunt. 53

Desipientie cum risu quidez facte seniores: moleste uero cū tristicia

Nulla quidem desipiētia est salubris: que tamen cum risu fit minus periculosa est: sicut dixit. Dis vero desipiētia vel ex passiōe est cerebri ⁊ solius sui: aut ex colligantia aliorū mēbrorū ⁊ cerebri. est autē diuersa fm diuersas causas. Desipere enim ex solo calore sine materie corruptiōe est quasi inebriatio vini. De cholera rubea cum sollicitudine est ⁊ tristicia: cuius incensio si augmētet vt in nigram choleram mutet: facit maniaz. Oportet aūt vt recorderis qō de cholera nigra diximus alibi: quia quedā de incēsione cho. ru. fit: que ceteris melācholicis passiōibus peior est: ⁊ feci sanguinis assimilatur: est enim fex humorū. est ergo grossior: ⁊ ceteris grauior. ⁊ sicut alibi diximus: nisi cito medicinet pessim⁹ morbus inde generatur. 54

A acutis passionibus cū febre luctuosa suspiria: malū.

Multotiēs in pueris vidimus: quia qū lachrymētur tractus aeris impediat: ⁊ quasi in pectore figatur: fitqz quasi interuallū: ⁊ postmodū implentur quod icepat. Hippo. in epidimia de hoc spiritu dixit Spiritus duplicans introitū suum: est quasi res aliqua odorat. qō fit ex defectiōe ⁊ virtutis debilitate: vel organi duricie: seu vtriusqz: vel quasi ex spasmo lacertorū pectoris. Si enim virtus defecta fit: ⁊ pigrescat in dilatatione pectoris: quātum sufficiat animali in medio subsistit sue actiōis: ⁊ quiescit: postqz ad sufficiendū suuz inceptū redit. Duricies organi spiritus dilatatōi cum lentitate non sufficit: vñ necesse est vt tremat in dilatatōe. Spasmus si huiusmodi spiritū debeat facere: non oportet nos monstrare. Qum aūt lacertis pectoris frigitudo dominet: vel qu bust bet neruis: fit duricies in his organis: ⁊ mor⁹ de genere spasmi. Consuetudo est febris ⁊ omis caloris res sanare huiusmodi. qz si cuz his accidentibus fit febris intelligere possumus: quia non frigiditudo lacertorū ⁊ nerūor pectoris hoc facit. fit ergo vel ex duricie ꝓpter nimiam siccitatē: vel defectiōe virtutis: vel ex genere spasmi: quorūcūqz quedāqz fit: illaudabile est in acutis morbis. qz offensionem spiritus in luctu dixit: motum animati instri intellexit. ⁊ si intēderit vt spiritus quez dixit cū voce quasi luctuosa sit: nimiū dolorem significat: quem in illo spiritu sentiat: ac si diceret: Suspiria alta cuz voce cōposita. 55

Podagrica ⁊ maniaca uere ⁊ autūno mouent ut in pluribus.

Passio podagrica: ⁊ cetera arterica mouent in vere plurimū. vñ hippo. Ipse qū vernales nomina ret passiōes: ⁊ artericos subitulit dolores. aliqñ ⁊ in autūno mouētur: quorū in corporibus mali humores ꝓpter fructus in estate comestos adunātur. Ego aūt in libro de virtutibus naturalib⁹ mōstraui de virtute expulsiua: qūo nocina expellat. Nocine res sunt aliqñ ex multitudine sua qua grauāt: ⁊ aliqñ quia qualitates sue repugnāt rei: qū sint nociue. Duturne passiōes mouent in vere duabus de causis predictis male dierātibus. hūo res enim in corpore liquefiūt in vere: ⁊ ad debilia currūt loca de fortioribus locis. Mouent aūt in autūno ꝓpter vnam aliam causam predictam. 56

A melācholicis egritudinibus periculose eruptiones aut apoplexiam aut epilepsiaz aut spasmū aut cecitatem aut maniam significat.

Apoplexia: epilepsia: spasm⁹: ⁊ cecitas veniūt de phlegmate: ⁊ de cho. nigra: quar cause cōes sūt. mania vō non cōicat his: impossibile ē enim de phlegmate nasci: qū materia vnde gignitur ex necessitate sit furiosa: ⁊ cholera rubea est semp huiusmōi qlitatis nigra non semp: nisi qū multū incensa: ⁊ in malas qualitates transiens corrupta. 57

Apopletici maxime fiunt etatib⁹ a. xl. annis usqz ad lx.

Non oportet hic intelligi oēm apoplexiam: sz potius eam que de cho. nigra nascitur: ⁊ hec in precedenti aphorismo nomiat: ⁊ est ꝓpter dominationē cho. nigre in his etatib⁹: sicut in autūnali tpe. 58

Si omentum eruperit: necesse est putrefieri.

Multi putant hunc aphorismuz ꝓpter sui breuitatem esse falsum. sed ego dico hippo. intēdisse hic omētum super inferiorē stomachū operimentū esse: qō qum exierit ⁊ apparuerit exiens a pellicul' totuz ventrem opētibus: que sipbac vocant: ⁊ foris pmāserit aliquādiu: impossibile est intro rediens sanuz remaneat: sicut ⁊ in alijs exeūtib⁹ imēitur. Sed si intestina ⁊ extremitates epatis exierint: ⁊ tādiu non pmāserint donec ni

mia frigiditate friguerint redeũt in priores sanitatẽ sana ta ventris incisiõe.hec etsi non viu extra morẽtur: qũ tñ redeũt putrefiũt:vñ etiam cõsiuenerũt medici incidere ḋc quod exierit inde.q̃ si q̃q̃ exierit ⁊ citissime reducit nõ putrefit:non tñ hic cõsequit hippo.mẽtiri:quia raro est inuẽiri:⁊ in plurimis cõtingit q̃ dixit hippo. 59

Q Uibuscũq̃ a sciatica molestatis uertebruz resilit foras: ⁊ rursus incidat in locũ suũ:his mucilagines facte sunt.

Multotiens in cõcatenatiõe humores adunãtur pblegmatici: qui mucilagines vocãt a medicis: quib⁹ concatenatio infunditur:⁊ ideo ossa a locis suis facile egrediunt ⁊ reuertunt:q̃ hic intendit de sciaticis.Oportet autẽ intelligi non solum verteby egredi: sed ossa potius ibi posita:sicut in libro cõcatenatiõis dixit.Concatenatio inquit spatule ex vna tñ resilit parte Intellexit aũt armũ in spatula positũ:quia ex vna parte resilit tñ. 60

Q Uibuscunq̃ a sciatica molestatis uertebrum resilit foras: his tabescit crus: ⁊ claudicãt si non urant.

Oportet hunc aphorismũ precedenti aphorismo iungi:quia quib⁹ sciaticis ex nimia humiditate pblegmatica verteby resilit ⁊ reuertit ex tempore longo:crus putrefit ⁊ consumit: nisi cum foco succurratur sibi:⁊ humiditas exsiccet.sic enim precipit de armo exeunti in libro concatenatiõis: vt cum incensione succurras sibi:ne loco sui exeat amplius.Uerteby autẽ si exierit ⁊ diu permãserit:sine dubio claudicare facit: quia pes non firmet sm q̃ oportet.Idem cõtingit ⁊ membris oĩbus motum suũ naturalem amittentib⁹.

Prologus septime particule.

Antecessores nostri aphorismor interptes hippo.maiora aggressi sunt q̃ oportuerit: qui q̃to plus pcesserũt:tanto plus minuerũt:vt cum ad finem libri deuenerit tantũ truncauerũt:q̃ in explanatio b⁹ nihil sit vtilitatis: quib⁹ taliter contingit sicut quibusdam rhetoricis: qui cum in causis suis defecerũt: obiurgantes tandem acquiescãt sibi obuiantib⁹ deseruiscẽtes. Idem fecerũt huius libri interptes nihil vtile asserẽtes. vnde ego multũ mihi caui ne incurrerem insaniã huius rei.decurtaui enim inutilia:explanãs p̃ posse vtilia:⁊ ita i totius libri interptione non excessi mensurã. neq̃ enim nimis abbreuiaui: neq̃ nõ amplificãda amplificaui.

Finit sexta partila: Incipit septima.

.I.

IN acutis morbis frigiditas extremitatũ: malum.

IN diuturnis morbis:⁊ maxime sine febre in mulieribus sine senioribus frigiditas extremitatum non multum periculosa est sicut narium:auriculaꝝ:plantarũ pedum ⁊ manuũ: Sed i egritudine acuta non minimũ est periciculosa:sed mortale potius ⁊ molestissimũ: q̃ apostemata sunt in viscerib⁹ magna ⁊ fortia. Hippocr.alibi: Peracuta est passio febris calidissima ⁊ cõtinua: q̃ si sit sine apostemate: extremitates infrigidari est nõ rationale:sed magis incendi debẽt ⁊ calidissima fieri: quãtomagis igit qum apostema fit in viscerib⁹.Calefiunt aũt: q̃ quum viscera totius sibi sanguinem corporis fugant: sicut vẽtosa:oportet fiant calidissima: ⁊ extrema frigidissima sanguine exinanita.vñ nulla operimẽta possunt pati:q̃ adeo fit magna arsura incensionis. 2

IN osse egrotãti caro liuida malũ

Hec spes coloris non paruũ periculũ inducit in passione cuiuslibz ossis.significat enim pessimã putredinẽ:⁊ in carne circũdantes congelationẽ atq̃ caloris naturalis extinctionẽ. 3

IN uomitu singultus ⁊ oculi rubei: malum.

Singult⁹ fit in stomacho quasi spasin⁹ in nerruo: ⁊ de humorib⁹ nocuius aliquãdo nocentib⁹ stomacho toti:vel soli eius ori ⁊ meri:⁊ inde vomitu sugueniente necesse est statim ḋcescere. Sinautẽ apostema in fundamẽto est nerruor.i.cerebro vel stomacho robur aũt oculor ad vtrũq̃ pinet significandũ. 4

IN sudore rigor: malum.

Libi dixit: Accidẽtia crisis non facientia crisim: signũ sunt discrete seu mortis: quum nã sit in his perterrita ⁊ morbum fugiat:vnde rigor in sudore malum est. 5

IN mania dysentia aut hydrops aut estasis:bonum.

Ysenteria ⁊ hydrops possũt significare sanitatẽ manie sm q̃ res nociue inferi⁹ mutant a capite. Sed estasis longa est vnde qtum rationabili⁹ fit augmẽtare q̃ sanare: sed tñ est asim intendit cõtinuitatem ⁊ fortitudinẽ manie : quendã maniosum vidi in p̃mis paruã habere:post hoc augmẽtauit:⁊ causa fuit salutis vñ ad me redij: ⁊ inuestigans inueni fortitudinẽ motus materie manie fuisse cãm sanitatis:sicut i passionib⁹ acutis: quib⁹ fortia accidẽtia supueniẽtia bone crisis sunt signa. 6

IN egritudine diuturna abstinentia ⁊ egestiões cholerice: malũ.

Abstinẽtia sola mala est in passiõe diuturna: q̃ euadẽtib⁹ ex cõsuetudine soleat crescere appetitus.q̃ si hanc cholerice egestiões sequant peior est. q̃ Cholerice dixit:de genere cholere rubee siue nigre itellexit:vel viridis vel heruginose.ofa enim hec significant subãlem bũiditatẽ ex calore febr⁹ eẽ incensã. 7

EX multa potatiõe rigor ⁊ desipientia: malum.

Nulli dubiũ multã potatõem itellexisse multũ vinũ ebibitũ:q̃ aliq̃ seq̃t desipiẽtia:q̃ caput sãguie ⁊ vẽtis calidis repleat:vñ cor⁹ tactu maxĩe inuẽit calidũ. rigor tñ raro cõtingit iuuenib⁹:plurimũ aũt senibus:quor calor naturat cõgelatus est ⁊ extinctus:vtpote vino nimio supatus:sicut ⁊ flãma lignis mltis solz extinguit: ⁊ lucerna multo oleo sibi appositio. 8

EX apostematis itus ruptura : dissolutio:uomitus:⁊ defectio animi fit.

Quod Intus dixit intẽdit stomachũ.Uomit⁹ eis sequitur q̃ pcesserit illud:si tñ ruptura in pectore vel pulmone fit: nõ vomitus venit sed tussis: ⁊ aliq̃ suffocatio.si ruptura fit in intestinis:egestio erit saniei.Oẽz aũt rupturã defectio cõcomitat animi:quia calor naturalis exit:sicut monstraui alibi. 9

i IN sanguinis fluxu desipiētia aut spasmus: malum.

Ste aphorism' magnā largiē auctoritatē: quia alienatio de inanitione sequiē: sicut ante de tremore pedum ⁊ manuū diximus: que fūt de defectiōe vtutis motiue: ⁊ cerebri motus disturbātur eadem ratiōe. Nec trī desipiētia nō est fortis: sed iuncta spasmo est vitupabilē. Desipiētia aūt post sanguis fluxū mala est ⁊ si fit sola: peior si cum spasmo. Item spasmus solus de inanitiōe maluz est ⁊ mortale: sed alienatio sine spasmo non est periculosa adeo. 10

i IN ileon uomitus: singult': spasmus: desipientia: malum.

N isto ileos nihil descēdit inferius: quod ꝓpter huic passiōi esse videē. Uomitus enim nō semp durat: sed supueīt qū quis ad mortez veniat. qō si augmētē: stercus emittē: vnde ⁊ singult' sequtur. Aliquādo in hac passiōe singultus ⁊ desipiētia pueniūt: pp neruū alligātem stomachū ⁊ cerebrū. Intestina enīz quz patiūtur ad eijciendā egestionē mouētur: quā qū inferi' non possint eijcere ꝓpter cōclusionem. i. opilationē vie: mouēnē cum angustia: nō naturalē ad supioza: vt expellantur nocentia. 11

i IN pleuretide periplemonia: malum.

N plurib' libris inuēi: In pleuresi piplemonia: neqz sequtur malū. qui aūt ita legit hippo. intendisse credit post pleuresiz piplemoniā sequi. Ego aūt dico hippo. nobis innuisse passionē ex alia venientez ⁊ priorē tamen pmāsisse: que passio nec parua: nec salubris est: ⁊ si ipse maluz nō adiūgeret: ex necessitate trī mala esset. Si enim augmētē materia vnde pleuresē cōstat ⁊ dilatē in costis vt effluat: necesse est ad pulmonē currat: ⁊ piplemoniā faciat. Periplemoniā autē nō necessario sequtur pleuresē. si enim parua sit ⁊ salubris: materiam illam cum tussi ⁊ exscreatiōe emittit. q̄ si magna ⁊ mortalis: aī suffocaē infirm' q̄ pleuresi cōmisceat. 12

i IN piplemonia phrenesis: malū.

Ꝑ piplemonia de acutis fit humorib': necesse est in cerebrum ascendat fumus nimius. vnde phrenesis conficitur. 13

i IN uulnerib' fortibus spasmus: aut tetanus: malum.

N pluribus libris iste aphorism' est talis: De incensiōe nimia spasm' aut tetanus malū. ⁊ plurimi sic interp̄tati sunt: sed solus Xenon pro incēsione nimia nimiū motuz posuit: vicēs hoc cōfirmari ex aphorismo subsequēti: quia stupor: tumor: spasmus: tetanus: maxīa vulnera sequūtur: sed quz Incēsiōe dicere fit cōtius: oportet vt plurimos sequmur. Alij incēsionē intendūt esse febrem: alij aerem: alij chirurgiaz cuz foco: ⁊ omnes verz dicunt. Spasmus enīz ⁊ tetanus de his veniētes rebus: vel de vulnerib' pessima videtur: qū de siccitate: vel inanitiōe esse cognoscātur. Nos aūt iam diximus quō spasmus de inanitiōe fit periculosus. 14

i IN pcussiōe in capite stupor: aut desipientia: malum.

d Esipiētia oportet intelligi: qū non oporteat loquaē infirmus ēl faciat. Stupor qū non loquatur: nec faciat aliq̄d: sed oculis aptis ⁊ ficut timētes faciūt: ⁊ vt amens tacuerit: ⁊ ꝓculdubio hī patiūtur in cerebro: in quo vtutem regitiuā diximus haberi. neē est ergo intelligi: quia pcussio vsqz ad eēntiā venerit cerebri: ⁊ hoc sine dubio malum. 15

i IN sanguinis sputo saniei sputuz malum.

b Ichippo. vocauit passionē ex alia passiōe nascētem. vñ Praxagoras fecit libzū nō minimū. Neqz in omni sputo sanguis sequē sputuz saniei: nisi qū pessimus fit sanguis. qū ergo de pulmone fit: semp est spurum huius sanici. 16

i IN saniei sputo ptisis ⁊ flux': malum. ubi uero saliua tenetur: moriūtur

P Tisim intēdit cōsūptōe totius corporis: que qū leui est febre ꝓpē vulnera pulmōis. Fluxū autē intellexit capillor: ⁊ solutionē vētris cum cholera egestiōe: que duo eueniūt ptisicis: qū appropinquant morti: ⁊ ꝓpter siccitatē vel vtutis defectiōez. Ubi saliua tenē: moriūtur. notauit quō ptisici mozenē: dum enīz spuūt ⁊ tussiūt: semp cōsumūtur. deficiēte vtroqz pmāet materia interius: ⁊ claudūtur vie spiritus: ⁊ ita suffocati moriuntur. 17

i IN phlegmone epatis singultus: malum.

d Iri oēs aphorismos hos se sequi: nūciantqz passiones ⁊ accūtia ex altera passiōe nascētia: ⁊ augmētatas passiōes: ⁊ comitātia: qō singlt' facit nascēs de apostemate eparis. Apostema āt istud nō semper neqz qualecūqz nascē: sed si adeo magnū ⁊ calidissimuz: vt os stomachi: ⁊ supioza sui patiānē: quia hec duo per neruū colligātur sibi. Hippo. in secūda particula epidimie: Neruus iste subtilissim' est: ⁊ ideo stomachus ex epate nō patitur: nisi apostema magnū fit ⁊ pessimū. qō si fit calidissimū facit cholerā nimiā in ꝓmis currentē ad intestinū: hec qū ascēderit ad stomachū pungens os eis facit singultum. 18

i IN uigilia spasmus aut desipiētia: malum.

o Mnis spasm' sicut dixi de plenitudine vel inanitione est: vigilia vō peior: est inanitio qū exsiccet: vñ spasmus de vigilia de inanitione est pessim'. hec vigilia qū exsiccat alienāde mētis causa est. Inuenimus aūt in quibusdā libris desipiētiam non notari: sed sic haberi: In vigilia spasm' malū. Ego aūt arbitror: q: hic inuerit hippo. peiora accūtia mozbos sequntia. 19

i IN ossis denudatione herisipila: malum.

q Uod dixit Malū oportz intelligi pessimū: neqz in sola denudatiōe ossiuz: sed semp vel raro apparet: vt omne qō circūdat carnez herisipilā faciens pessimū fit ⁊ molestissimū. 20

i IN herisipila putredo: aut sanies malum.

b Ec quidem accidētia nascūtur quz fit apostema pessimum. 21

i IN litargico tremor: malum.

l Itargia est apostema ī puppi cerebri ex materia phlegmatica generatū. tremor igiē in ea maluz est: significat enīz materiā ꝓpter incōtinētiā sui

ad neruos motinos ꝓueniſſe q̃ a pte poſteriori ſũt magis: vt ocũ eſt alibi: ex cui⁹ infuſiõe nerui ſũt remolliti: vt ſpũ nõ oino ſz aliq̃liter deficiẽte: nec neruis vt ĩ paralyſi oino remollitis: virtute regitiua mẽbra ſurſũ ferant: ⁊ q̃ nerui remolliti nõ ſufficiũt dare mẽbris ſufficientẽ et firmã ſedẽ ⁊ ſtabilẽ: mẽbra it ex ſua ꝓ̃uedine deſcẽdunt Ex q̃b⁹ motib⁹ Zuis fit tremor. vel ĩ litbargia fit tremor: q̃ mã vẽtoſitat̃ reſoluta miringas ⁊ neruos q̃ ab eis ori unt̃ mouet ⁊ ꝛcutit: vnde tremor fit. 22

ĩ Ꝗ fortí pulſu in uulnerib⁹ emorroſagia: malum.

Pulſus ĩ vulnerib⁹ ex peſſimis apatib⁹ ꝓpter carnẽ eos circũdantẽ vix mouent̃ ⁊ cũ dolore. Quz q̃ ſe dilatat: malũ dolorẽ facit ex ſua ꝓcuſſiõe: q̃ qũ in nã ſit ſua: ⁊ ꝓpria ſpacia habuerit: bñ dilatat̃: ⁊ ſine ĩpedimẽto alic⁹. Quz aũt in mẽbris apoſtema naſcatur calidũ: ſtrictura ⁊ dolor ſenſũ faciũt nocitiũ: ⁊ B ab oib⁹ pulſus vocat̃. ⁊ põt eẽ vt mot⁹ pulſus B angmẽtet̃. Ego vo mõſtraui ĩ libro de virtutib⁹ nãlib⁹ virtutẽ expliuã expellere nociua: ſiẽ ſudorẽ egõnẽ ⁊ ſanguis fluxuz ĩ die cretica: quã q̃ actio nãlis adiuuet: mutat̃ maxie pulſus: ⁊ ad res nocuas expellẽdas cogit̃: ⁊ ideo ſanguinis fluxus ſequit̃. 23

ĩ Ꝗ dolore diuturno circa uentrẽ ſanies: malum.

Dic dolor ex frigiditate eſt vel diuerſa ſtomachi cõpl'one ex groſſa vẽtoſitate ſiue ex pũcture acumie: quor nil remanet ſi infirm⁹ pfecte euaſerit. ſi ãt mutabũt̃: nec̃iuz ẽ apa vel collcõnez inde ſeqũ. 24

ĩ Ꝗ cholico ſeceſſu dyſentia: malũ

Ulli dubiũ ẽ q̃n vigõ pura nigra ſiue rubea alia q̃ corrũpat ĩteſtina: ⁊ tũ fit dyſentie cã. 25

ĩ Ꝗ oſſis fractura deſipientia ſi in uacuũ acceperit: malum.

Dic intẽdit ſolũ cancr capit̃. nõ aũt abſolute intẽdit oẽm fracturã ſz tm illaz q̃ pforat ĩteriorẽ ſuꝑficiẽ vſq̃ ad vacuitatẽ circũdantẽ cerebr: q̃ ſi ĩciderit ſic deſipientiã fac̃: q̃ paſſio ꝓpinq̃t duab⁹ pellicullis ⁊ eſſentie cerebri. Neſio q̃ q̃d Zenonẽ coegerit detrũcare dicũ hippo. qũ dicẽs In oſſis fractura deſipiẽtia: tacuerit: deinde Si ĩ vacuũ accepit ⁊ alteri⁹ aphoriſmi ꝓnꝯipiũ fecerit iungẽs ita: Si accepit in vacuũ in pharmacie potiõe ſpaſm⁹: mortale. dixit Zenõ hippocratẽ intẽdiſſe ſpaſmũ de pharmacie potõe mortalẽ eẽ. Errauit q̃ primũ aphoriſmũ falſificãdo: qũ nõ naſcat deſipiẽtia de ſola oſſis fractura, ſiue ei in capite ſit ſiue ĩ aliis mẽbris: nemo tũ inde deſipit: niſi ꝓcuſſio vſq̃ ad pelliculas cerebri ꝓtigerit. 26

ĩ Ꝗ pharmacie potione ſpaſmus: mortalis.

Dicim⁹ q̃ qũ abſolute pharmaciã ponat: ſolutiõnẽ vẽtris ⁊ vomitũ intẽdit. nec̃q̃ aliq̃s dubitabit ſic̃q̃ dicta nr̃a pri⁹ recoluerit: q̃ ſi corp⁹ fortiẽ̃ pharmacia purget̃: q̃n ſpaſm⁹ mortal̃ fit ⁊ peſſim⁹. 27

ĩ Ꝗ dolore forti circa uentrẽ frigiditas extremitatũ: malum.

Extremitatũ frigiditas ſiẽ dicim⁹ aũ magnuz vi ſcer ſeqũ apa: qũ ꝛtingat eſſe defectũ: quz ꝓpter mãz frigidã que ꝛſtrigit ⁊ ſuffocat calorẽ nãlez ſeqũ ſtomachi anguſtia ꝛſtringẽt̃ nãz ab extremitatib⁹ ad locũ dolorꝭ. Itẽ ⁊ ſanguinẽ ſecũ portat a tota corporis cute: ⁊ q̃maxime ab extremitab⁹ ſiẽ manib⁹ ⁊ pedib⁹ Qõ tñ B dixi: ſingul̃ eſt cã friditatis extremitatũ: ſiẽ hip. dicit multl̃ ĩ locis nomiare multa repetẽdo bis ⁊ ter eadẽ. nec̃q̃ mirandũ: nõ. n. de vna re multa excuſſur⁹ ĩ vno ⁊ eodẽ loco põt oia diuidere. notat ergo ſingula ſingul̃ in locis ſuis. 28

Ꝗ utero habẽti tenaſm⁹ ſuperueniens aborꝛit.

Tenaſm⁹ eſt paſſio recti ĩteſtini pp egõnez ſanguinis ex vulnerib⁹ ſup B ĩteſtinũ habit̃. Eſt ãt verbũ eꝗuocuz vel B abuſiue poſitũ: qũ fit exp̃ſſiõis ꝓpriũ: vel hinc ⁊ illi rei ꝛgruũ. expreſſiõis: q̃ q̃s ſepe ad ſellã ſurgit ⁊ exp̃mit. vñ ſepe totũ corp⁹ laborat ⁊ fatigatur: ⁊ maxie matrix pp ꝛuictionẽ ſui ⁊ inteſtini. nec̃q̃ mirandũ ſi hinc aborꝛiat: qum a leuiori etiã motu idem cõtingat ſibi. 29

Ꝗ Ulibuſcũqz os aut cartillago inciſum fuerit ĩ corpore nõ augeꝛ.

Hec aphoriſm⁹ ĩtra alter ſerte pticle ꝛtineꝛ: vbi dr: Qõcũqz os inciſũ fuerit: aut cartillago: nerui⁹: vl̃ maxille renues: vel ꝓputũ: nõ creſcũt nec̃q̃ ꝛglutinãt̃. qũ q̃ fit expoſit⁹ nõ oz B repetat̃. 30

Ꝗ ab albo phlegmate habito diaria ſupuenerit fortis: ſoluit egritudinem.

Con ſuenit hippo. ⁊ oẽs medici phlegma albũ vocare vnã ſpẽz hydropiſ: q̃ mõ nr̃o tpe vocat̃ hypoſarca. Phlegma aũt dic̃ albũ: ⁊ q̃ aliq̃ eſt liuidũ: ⁊ ex alior ꝛmixtiõib⁹ hũor: ⁊ ẽt oẽ phl̃a nãlr albũ Dicẽs q̃ alt'ũ: nãles ꝛfirmauit colorẽ ſuũ: ſiẽ ⁊ ſli⁹ de ꝛcatenatiõe dixit: ſpõdiles dorſi: nõ q̃ alibi q̃ in dorſo ſint. Soluit vo egritudo B diaria ſupueniẽte forti. 31

Ꝗ Ulibuſcũqz ſpumoſe egeſtiones ĩ diaria hiſ a capite phlegma ꝛfluit

Q nõ B explanem⁹ ⁊ diffiniam⁹: nõ intelligim⁹: q̃ aliq̃ ſpumoſa egõne deſcendũt hũores ad ſtomachũ a capite: mixti cũ vẽtoſitate. aliq̃ ſũt ĩ cẽtia ĩteſtinor ⁊ ſtõ. Qõcũqz hor fiat vnã hũt cãz ꝓ ꝓriã: aliã ñ ꝓpaz. ꝓpaz qũ groſſa vẽtoſitas forti motu ab illis moueåt hũorib⁹: q̃ phlegmatici hũores in diuerſas diuidant̃ ꝓtes. Ulẽtoſitas mouet̃ aut ex nã ſui: aut ex nimietate ſui calorꝭ. Manifeſtũ aũt eſt velut ex his q̃ foco excoquunt̃: maxie ſi materia ſit viſcoſa. Ex nã ſui: ſiẽ videm⁹ in tẽpeſtate maris: qum ad ſeinuicẽ collidũt̃ venti. Arbitrãtes vias phlegmatis a pulmone ad ſtomachũ ⁊ inde motũ a pulmone ad ſtomachũ deſcendere ⁊ inde ſpumoſũ apparere: neſcio quomõ in catarro ĩtelligũt: in quo qũ hũores palam a capite ad pulmonẽ deſcendũt: quare nõ ſpumoſa ereũt. De pulmone vo nõ ſpumoſus exit ſanguis: niſi quz ipſa ꝓ ſubſtãtie pulmonis exierit. Si aũt ĩ pleuretic̃ aliq̃ ſpumoſũ exierit: ⁊ ĩ ꝓiplemonia ſilr: B igne⁹ calor facit in tpe paſſiõis. Si aũt a capite ad cãnales pulmonis ꝓmũ deſcẽderit: ⁊ p⁹ ab ipſis ad ſtõm ⁊ ĩteſtina exierit: nulla via tranſeũdi inueniũt̃ niſi quã dicim⁹: prima ꝓ cordis vẽtriculos: ⁊ B vl̃ deſcẽdit ad venã q̃ vocat̃ ꝛcaua: vel ad epat̃ gibbũ vel ad ĩteriora ſua: ⁊ p⁹ in venas alias q̃ diuidunt̃ a porta ⁊ circũdant ĩteſtina. vel a vẽtriculis cordis ĩ maximã venã deſcendũt: ⁊ dicũ in diuiſiõe epat̃ venar: ⁊ q̃uo remanet ſpumoſũ: q̃ cũz ſanguine tam lõga via ſit mixtũ. 32

Quibuscũq; in febribus in urinis crinoides hypostases fiũt: longã egritudinẽ significãt.

Hoc est verũ ⁊ expimẽto pbatũ: quia qum in vrina quasi crynoides.i.grossa farina frumẽti apparẽt: mortale est: sicut idẽ in ꝓnosticis: Quibus aũt plurimũ in vrinis appet ante morbũ: eor mors festinat potius q̃ elõget: quorũ qui saluant morbi elongant: qui sunt crudissimi: ⁊ ideo tardi digeri. Itẽ in epidimia multos intulit infirmos in quorũ infirmitatibus talis vrina appnit: ⁊ quidã cito mortui sunt: alij lõgo tẽpore post. In ꝑma pticula post triũ temporũ q̃litates expletas: infirm⁹ noĩe excelleri⁹ suã passiõem recitauit. tũc hippo. dixit: Dic quidẽ infirm⁹ vrinã fecit multã subitã atq; grossam: que mota ⁊ turbata appuit vrina q̃si crynoides alba: ⁊ extrema habebat homo frigida. mortuus ergo fuit in die.xi. De ⁊ infirmo in tertia pticula qum hmõi inciper passiõem dixit infirmo, piecto in folicidia .i. vrinali venit vrina subtilis ⁊ diuersa habẽs res puissimas suspẽsas q̃si crynoides: huic venit crisis in die.xli. vñ intelligiť qz morituri cito moriũť: ⁊ euadẽtes longo post tpe sanãť. Oẽs illi quib⁹ talis appet vrina: vel cito moriũtur: vel longo tpe post sanant. 33

Quibuscũq; cholerice hypostases fiũt: superi⁹ uero tenues: acutam egritudinẽ significãt.

Quanto pl⁹ cholera vñať: tãto pl⁹ acumẽ egritudinis significať. Nos autẽ in multis locis diximus: q̃ qum absolute cholera dicať: intelligiť de rubea. Semp. n. antiqui consueuerũt vt qum rubeam cholerã intelligere velint ⁊ alios humores: determinẽt eos p colores suos ⁊ qualitatẽ. Qõ superi⁹ dixit Tenues: aquosas intellexit ⁊ subtiles. Sic. n. hippo. dicere cõsueuit. alij arbitrati sunt qõ falsum est: sic vt vrina subtilis crudũ ⁊ tardũ significet. Ego aũt nunq̃ vidi vrinã cui⁹ hypostasis esset cholerica: ⁊ supma sui ꝑs subtiliť fozet ⁊ aquosa: quã lõge quidã sunt interptãtes hippo. intẽdisse nõ locũ sed tpe dicẽtes: ac si diceret: hypostasis vrine si in ꝓncipio fuerit ⁊ subtilis: ⁊ postea cholera vñata fuerit citrina: acumẽ significat morbi. ¶ Jobãniculus: Quia hippo. tenuẽ dixit fozmã intẽdit. possibile. n. ẽ ex intẽtõe hippo. supi⁹ tenuis fit ⁊ subtil: hypostať. n. vrine si q̃uis fit ⁊ q̃ssa atq; cruda supficies ẽ lota. Quãq; subtiliť fit ⁊ diũcta atq; cocta: supma ꝑs ei⁹ tenuis fit ⁊ subtilis. testať aũt h̃ q: hip. subtilitatẽ quã itẽdit ĩ sũmo vrine eẽ ĩtellexit. nõ subtilẽ vrinã dixit: hz supi⁹ tenues hypostases tetigit. 34

Quibuscũq; urine distantes fiũt: his in corpe turbatio fit fortis.

Si fm vbũ h̃ distãtes interptati fuerim⁹ sentẽtia falsificabiť: quz in vrina null⁹ fit loc⁹ vacu⁹: hz si distãtes diuersas ĩtẽdam⁹ ꝑtes hũ dixit q̃ ĩ hac vrina turbatio corpis fortis fit: qz si nã vĩcat ⁊ diuer: fit vrina equaliť in oĩb⁹ ptib⁹. q̃ si cã morbi sibi repugnet ꝑs vbi nã ꝑualet nõ assilať ꝑri in q̃ põt morb⁹. Si aũt ĩ morbi p̃ valitudine ꝑtes sint plurime: appent maiores significatões sue. i. disturbatiões fortissime. 35

Quibuscũq; in urinis ampulle supernatãt: nephreticã significãt et longam egritudinẽ fore.

Ampulle iste ex humiditate sunt: ⁊ cum grossa ventositate: maxime si humiditas sit viscosa: vnde consequiť frigid⁹ morbus in renibus in quo viscositas grossa supadunať: ⁊ ita longa egritudo significatur. omnis enĩ morbus frigidus dure vigeriť. Alij arbitrantur vrinã acutam acumine suo oza arteriarũ in renibus aperire: ⁊ inde qum paro spũs exeat: ampullas faciat causas. 36

Quibuscũq; pinguis hypostasis ⁊ cõglobata: his nephreticã significat ⁊ acutã egritudinẽ fore.

Quandocũq; egestio vel vrina pinguis est: pĩguedinis significat dissolutiões: neq; magis eius q̃ in renibus q̃ que in toto corpore babeť. Non ergo solis renibus attinet hic morb⁹: sed toti pĩguedini potius: que igneo calore dissoluiť. Qõ aũt dicit Nephreticam: duobus modis intelligiť. potest enĩ passio esse in renibus: vel nõ passiõis species hic intendit: sed acumẽ eius. Uel aliter mutať hic aphorism⁹: vt ab alijs mutatur interptãtibus: qui vice nephresis cerebri posuerũt phrenesim. hoc tamẽ nõ significat phrenesim: neq; absolutã: neq; si incensiõez habeat nimiã. est enĩ vniuersale signũ omniũ febriũ corp⁹ dissoluentiũ. q̃ postea dixit Conglobata: subito tempe apparẽtia possibile est portẽdat p globatũ. n. insiť ⁊ subito significat: ⁊ globata vo quor ꝑs alteri iũcta q̃si cumulũ reddať. est. n. ꝑpe glob⁹ vt filũ filo a mulierib⁹ cumulať. cõglobatũ vo cõtrariũ est ad hoc qõ supra dixerat: Distãtes. Hũc locũ antiq ⁊ maiores nostri vsq; ad nostrũ temp⁹ taliter sunt interpretati. Ego vero dico qum Globata dixerit: puitatẽ apparẽtie tie tpis ondere voluit: vnde ⁊ ꝑpe cõsumptõem pĩguedinis renũ significauit: quia pĩguedo consumpta tot⁹ corporis nõ subito ad vrinã venit: sed paulatim. Quod enĩ dissoluiť ꝑmũ vicinis mẽbris illabiť ⁊ de ill' ad vicinioza ⁊ ita mẽbrati donec ad renes veniat. Pĩguedo vo renũ dissoluta ad vrinã venit subita ⁊ adunata: qõ testať expimẽta. In libris h̃ aphorism⁹ inueniť diuersus. alij sic hũt: Quibuscũq; iferi⁹ vrine pĩguedo ĩ q̃ ẽ hypostať. alij Supi⁹ pĩguedo hypostať. ego assẽtio hũtib⁹ Supi⁹ pĩguedo oĩs. n. pĩguedo solz supnatare nõ inferi⁹ descẽdẽ. 37

Quibuscũq; nephreticis existentibus predicta signa accidũt: et dolores acuti circa musculos spinales fiunt: si quidem circa extrinsecos locos fuerit: apostema futurũ expecta extrinsecus. si uero dolores magis circa interiores locos: apostema futurũ: expecta magis intus.

Ambob⁹ ꝓcedentib⁹ aphorismis hippo. monstrauit quomodo passiões renũ possint intelligi: h̃ quia diu renes passi sunt. dicit enĩ: Si signis p̃dictis dolores circa musculos spondiliũ se iũxerit: significatur futurũ apostema. Dozũ musculozũ vn⁹ retro sub cute circũdãs ambo latera tot⁹ dozsi: alter aũt nõ extensus int⁹ p totũ dozsũ: sed p subteriores spõdiles tẽdit: quorũ quiciq; patiať: futurũ in eis apostema expectať: neq; mõstrauit si apostema debeat in renib⁹ vel in lacertis vel in vtrisq; esse: sed expimẽtũ testať: quia in solis posset eẽ lacertis: vel in renib⁹ solis: qõ qum fit: aliqñ ad interioza tendit: aliquãdo ad exterioza. 38

Quicũq; sanguinẽ uomũt siquidem sine febribus salutare: curat uero stipticis & infrigidantibus. Si uero ex febre: perniciosus.

VUlt hic per naturā virtutem regentē corpus: ⁊ ars medicine non recipit in operatōnibus suis nisi hanc virtutē: ⁊ seruit ei medicus ita ꝙ preparat ei materias ⁊ causas quibus efficit operatōnes suas in corpore: ⁊ melior operatio medicine est que surgit cū ministratione sua s̄m ꝙ oportet. Et Galien⁹ numerat h̄ in curatōe solutōnis continuitatis simplicis facte ī carne quattuor canones: Quorū vnus est aggregatio partium que sunt disrupte ⁊ complicatio earū adinuicē donec figura earum similis fiat figure sue naturali. ⁊ hoc quidem fit cum tensiōe ⁊ equatiōe. Et secūdus est illud quod conseruat figuram quoniaz coequauit ⁊ equauit donec remaneat super aggregatōem suam: ⁊ hoc fit cuz sutura ⁊ positōne plumaceolorū duplicatorū ⁊ ligamēto. Et tertius est vt caueatur ne cadat inter labia vulneris aliquid prohibēs naturā vt continuet carnem disruptam adinuicē. Et quartus est vt conseruet substātia mēbri s̄m sanitatē suam. s. vt conseruet cōplexio eius naturalis cum medicinis ⁊ cibis quoruz complexio complexioni eius est similis: ⁊ addatur super eam parum in exsiccatione. 111

PRimum quidem ⁊ secūduz opus quomodo aliquis faciat dictuz ē. tertium uero in conducendo distantia fiet quidem si nihil extrinsecus incidere permittamus: sicut plurimū pilus: aut oleum: aut humiditas alia ī medio constituta conglutinandoruz prohibet eorum unitōnem. In posteriori uero tempore per effluxiones tertie intētionis custodia est: ad effluxiones uero ip̄as ex subdiuisione ⁊ contraria diuisione ⁊ figura apta accedendum est: substātia uero partis sana seruabitur per mediocriter desiccantia. Hec quidem curatio est continuitatis solutionis in carnosa parte facte eius scd̄m seipsam solius.

ET iam ostēdi quomodo operatio p̄ma ⁊ secūda fiat. opatio quidez tertia fit in hora in qua aggregant̄ partes disrupte quado non diminuitur ut cadat aliquid deforis inter eas. quod est: quia quando cadit in eo quod est inter partes disruptas de quibus uis ut consolides eas pilus aut oleum aut aliud ex humiditatibus: ⁊ prohibet illas partes continuari. In eo autez quod ē post: conseruatio cuz hac intentōe tertia est quādo ingeniatur uulneri ut qd̄ aggregatur in eo currat ex inferiori: et oportz ut sit aut per additōem in apertione orificij uulneris donec amplificetur: aut ita ut ponatur uulneri orificiū aliud inferius ⁊ cum figura conueniente ad illud. substantia uero membri cōseruatur scd̄m sanitatē suam cuz medicinis que exsiccāt exsiccatione equali. Hec est ergo curatio solutionis continuitatis quando est in mēbro carnoso: deinde est sola ⁊ nō est cū ea aliud.

ISte sermo manifestus est: ⁊ illud quod indiget ex eo expōne est ꝙ vulnus quādo est magnū et ꝯsuat medicus in hora qua fuit ipsum ⁊ sustentat ipsum: ⁊ ligat illud: ⁊ cauet ne cadat in eo quod ē inter partes eius aliquid quod prohibeat a consolidatiōe earum. quādoqz enī generat̄ in eo virus ⁊ sordicies que indigent vt fiat eis orificiū ex quo currat totuz quod aggregatur in eo ex veneno ⁊ sordicie. ⁊ hoc orificium aut est inferius apertū donec currat illud quod aggregatur in eo quod est vt dimittat̄ ex labijs vulneris ꝙ fiat orificium vt currat ex eo ⁊ egrediat̄ quod aggregat̄ ex eo in illo: aut vt sit orificiū vulneris superius ⁊ figuret̄ membrum figura qua fiet orificiuz vulneris inferius donec currat ex eo quod aggregatur in ip̄o. Et per sermonē suum: sed substantia membri conseruet̄ scd̄m sanitatē suaz cum medicinis que exsiccāt exsiccatione equali: vult ip̄z locum vulneris ex illo mebro. ⁊ oportet vt sint medicine exsiccātes complexionis equalis complexioni membri: ⁊ addas super eam in exsiccatōne per qnantitatē principij primi gradus ex gradu exsiccatōnis. ꝙ si membrū fuerit siccum in primo gradu: tunc oportet vt sit medicina exsiccans in p̄ncipio secundi gradus ⁊ per sermonē suū: et hec est curatio solutionis continuitatis quādo est in membro carnoso dum est sola ⁊ non est cum ea aliud: vult vt vulnus sit simplex: scilz non perijt ex membro aliquid plus q̄z solutio continuitatis tm̄. Si autem perijt caro aut aliud componitur vlcus ⁊ indiget intētiōibus alijs quas omēs dicam in eo quod futurū est. 112

SI uero alicui alteri misceat̄ egritudinū erunt plures intentiones si preceptoꝝ curationū quas in composi

torum doctrinis deinde dicemus.

Q Nam ergo componit cuz egritudine alia sunt intentiones que significant eius curationem plures: et dicam eas in eo quod erit post quando dicemus egritudines compositionis.

R Significat q vulnus quandoqz est simplex et e illud in quo disrumpunt partes carnis tm: quandoqz est compositus et compositio eius est multa et diuersa. qd e: qz qnqz fit ex carne aliqd: aut accit cum eo fractura i osse: aut incidit neruus aut concussio aut aliud. et qnqz componit ex duabus rex: aut ex iii. aut ex iiii. et permittit q docebit curandez eius oando canones curationis eius qn perficit 113

H Nam priti uero ad reliquas unitionis solutones oratone uenendum est.

N Tunc autem ueniamus ad reliquas species solutionis continuitatis.

V Ult vt doceat in primis canones curationis solutionis continuitatis cuiusqz membri qn est simplex nec est cum ea aliud donec qn cessauerit ab illa redeat et ondat canones curationis solutionis continuitatis simplicis singularis in carne: et ipse consequit illud cum curatone solutionis continuitatis ossis et dicit: 114

F Ractura igit in osse e qdez continuitatis solutio: insanabil uero qztum in prima consideratone: iuxta uero secundaz sm quedam modum curabilis quoquo mo fit. prima igit consideratio e consolidatio impotes propter duriciez ptis fieri: secunda uero ligatio contingens fieri per potum ligatem in circuitu fracturam.

D Ico ergo q fractura e solutio continuitatis ossis et no sanat p uiam intentionis prime: sz sanat p uiam intentionis secunde: et intentio qde prima e consolidatio et no est possibile ut sit consolidatio in osse pp eius duriciam: et intentio secunda est ligatio ptium ossis quod iam fractum est: et possibile est ut sit illa ligatio per pozum qui nascit sup locum fracture ossis: et resolnit super ipsum donec ligatum est.

i Intentio qde prima est illo qd dixit in consolidatone carnis qn cadit i ea vulnus simplex. et ipse qde iaz dixit i eo qd preuiit q carnis ptes continuant et ondit q illo e propter gnationem carnis ex sanguine: et dicit q os et reliqua membra quoq gnatio e ex spmate no consolidant: et ondit q illud e propter puationem materie ex qua generat. et ipse i hoc sermone dicit q ossis ptes no continuant et no consolidant pp duriciem suam. dat ergo ingenium aliud quo fit necessarium et e: q qn humidum est os sicut ossa infantium: tunc possibile e vt continuent ptes ossis. et qn no est possibile vt continuent ptes ossis: tunc necessaria e in eis alia intentio: et e vt extendant et equentur sm suam figuram primam et ligent. Quum ergo facit in eo medicus illud: tunc generat natura regitiua corporis in circuitu fracture pozum quo ligant ptes ossis virupte et resoluit sup ipsum et strigit ipsum ab omni parte donec fit super ipsum naturale ligamentum. 115

G Eneratio uero pozi inquantuz ex materia et natura fit comunis est ad alia: inquantum uero prope e formam ossis ex illius est alimento.

A Et gnatio illius pozi est cois gnationi aliorum i hoc quod est ex presentia materie et ex operatone nature: uerum qa eius substantia sit propinqua substantie ossis est generatio eius ex nutrimento ossis.

D Hoc est antecedens eius quod vult dicere ex operatione medici: scilz quando generat pozus ex nutrimento ossis: tunc oportet vt det medicus i infirmo cibos conuenientes nutrimento ossis. et os quidez nutritur ex sanguine grosso et spisso. 116

M Olle uero et puerile os consolidari quidem possibile est.

O S autem molle in puero: possibile est consolidari.

P Ossibilis e consolidatio ossis in corpibus puerorum propter duas res. ena e remanentia virtutis spmatis ex quo gnat os. et secunda e mollicies ossis. 117

R Aro uero et huiusmodi passionis generatio sine compassione alterius membri est. sepissime enim circumpositi musculi cum alijs ptibus corpis compatiunt fractis ossibus. Itaqz et intentio curationis duplex e: altera qde in ossibus: altera in his qm circa ea sunt corpibus. hec qdez talis in carnosarum ptium dispomibus dicent: de fracturis uero dicendum est hic.

E Et raro fit hec egritudo ita q non sit cum ea egritudo alia ab ea. qd est: quia quando frangit os: tunc musculi qui sunt in circuitu eius et reliqua corpa que continuant cum eo patiuntur cuz eo. Sunt ergo curationis egritudis due intentones. una earum sumit ex osse: et altera sumit ex corpibus que sunt in circuitu eius. et ego dicam has intentiones quz dicemus solutionem continuitatis compositaz factam in membris carnosis: nunc uero oportet ut loquamur in fracturis.

i Iste sermo intellect e nec indiget pl qm vt consideret tm: narrat. n. in eo illo qd accit sm primum ex attritone carnis et contusione musculorum et reliqs ex spem algaban. i. conquassatio accidit cum fractura ossis. 118

Qoniam uero hæc curatio est ex poro: ut uero hic fiat proprij alimenti ossis est opus. Oportet igitur superfluitatē nutriēnti ad pori generationem nature submitti.

Ideo ergo q̃ quz restauratio ossis nō fiat nisi per porz: ⁊ in generatione illius pori sit necessariū nutrimētū ossis: tunc oportet ut inueniat natura superfluitatē illius nutriméti ex qua generet porum.

Silz vt addat medic⁹ in cibo infirmi ⁊ cōsideret ipsum donec infirm⁹ digerat ipsum fm q̃ oportet. cibi autē que conueniūt ossi sunt ex quibus generat sanguis grossus ⁊ spissus: sicut assatura ⁊ frumentum coctū in aqua ⁊ almutdacaltata: ⁊ ea que fiunt ex farina tritici: ⁊ totū quod generat quādo digerit sanguinem grossum ⁊ spissum. 119

Superfluitas uero hec ⁊ quantitate ⁊ qualitate moderata esse debet. Est oz ut sit illa supfluitas equalis in quātitate sua ⁊ sua qualitate.

Vult Galienus per superfluitatē additionē cibi quam addit medic⁹ in cibo infirmi. ⁊ hec superfluitas non est nisi superfluitas addita super nutrimentū ossis quādo puenit digestio cibi in stomacho ⁊ in epate ⁊ in venis. ex cibis enim quādo non digerūt: generant superfluitates male que non conueniūt in aliquo quo fiat iuuamentū in causa sanitatis. ⁊ ꝓpter illō indiget medicus vt det ex cibis illud cuius quātitas sit parua: ⁊ sit virtus eius in nutriméto corporis multa: sicut assature ⁊ triticū coctū: ⁊ consideret egestionē ⁊ vrinam vt sciat ex eis dispositōem digestiōis: ⁊ quādoq̃ addat ⁊ minuat: ⁊ quādoq̃ componat cum cibis aliquid cū quo digerātur excoquibilia ⁊ taguebil: sicut cinamomum ⁊ piper ⁊ zinziber ⁊ miriptia. i. salsa ⁊ vinū scōm q̃ exigit dispositio presens. 120

Propterea deductione indiget talem ⁊ tantū influentē sanguinem ossibus prepante ex quali ⁊ quāto fiat porus. quoniā uero pertrāsit hic ꝓ concauā fracti ossis attēdere oportet eius multitudinē ⁊ qualitatē: ⁊ ita siccioreꝫ oportz facere deductiōeꝫ uel magis humectantē: que amplius in terapentice facultatis litteris sunt dicta.

Et simil⁹ oportz ut cibes habentē fracturā ex cibis q̃ ponūt sanguinē q̃ currit ad os in quātitate sua ⁊ qualitate sua fm q̃ conuenit ut generet ex eo porus: ⁊ qñ ille sanguis currit ex locis raris ossis: oz ut cōsideret ipi⁹ quātitas ⁊ eius qualitas: ⁊ fm illud incline tur cibus ad siccitatē aut humiditatē: ⁊ exponā illud ⁊ ostēdā ipm oñsiōe plurima in libro de ingenio sanitatis.

Ib⁹ ex quo generat sanguis q̃ cōuenit i quātitate ⁊ qualitate sua ad hoc vt inde generet por⁹: est quidez ex pane qui ē de simila decēter ⁊ recenter fact⁹: ⁊ sorbitiōes facte de tritico ⁊ ex cādaruso. Ex animalib⁹ vero vt caro porcina. si vero nō comedit: fiat loco ei⁹ caro vituli lactātis qui iā ꝓpat et comedat: deinde caro birci annualis ⁊ duoꝝ dentiū. Et ex auibus caro galline. Ex potib⁹ vo vinū rubeū grossuz. ⁊ ex spēb⁹ decoctōis: tūc fm q̃ ꝓmisim⁹ ei⁹ narrationē et spēb⁹ assaturarū ⁊ ē triticū coctū in aqua ⁊ aliūdacata ⁊ agentide bebb ⁊ algaycar. Et tu quidē potes scire vnūquēq̃ horū cibor̃ ex libris edit| in vtrib⁹ cibor̃: ⁊ i libris edit| q̃ sunt i acceptōe eor̃ q̃ noianklibri decoctōis. quz g̃ tu iā admistras infirmo hos cibos: tūc ꝓsidera supfluitates eor̃ in egōne ⁊ vrina: ⁊ in eo qō testificat dispō mēbri ifirmi. si igit vides ipm decliuē ad siccitatē būecta ipm. ⁊ si vides ipm decliuē ad būiditatē adde i eo qō exficcet ipm. ⁊ iaz q̃dē pscrutat⁹ ē exq̃site fmo in cognitōe eē ei⁹ quod est a digōne in stomacho ⁊ i epate ⁊ in venis in regie sanitat| ⁊ iā ꝓmissi sunt canones illi⁹ in eo quod ꝓtenit de hoc libro. ⁊ cognitio eē ei⁹ quod ē ex illo libro i mēbro fracto est ꝓ studiū ⁊ testimoniū. s. ꝓ visum. qñq̃. n. ēbrocat ipm cū aqua calida: ⁊ inūgis ipm cū oleo: aut ponis sup ipm emplm qñ vides ipm sicci⁹ q̃ oportet. ⁊ qñq̃ ponis sup ipm medicias exficcatias qñ vides ipm būidi⁹ q̃ oz. cursus aūt san. ex loc| rar| ossis idigz vt apiāt ista loca ⁊ fluxibilitate san. aptio q̃dē eor̃ fit cū eo qō dicim⁹ ex ēbrocatōe cū aq̃ ca. ⁊ abstersiōe ⁊ fricatiōe leui: sed fluxibilitas san. fit ex bonitate digōnis. ꝓ illud enī fit eq̃litas ei⁹ in q̃litate sua ⁊ quātitate. hoc est ergo vltimū qō dedit ex canonib⁹ in restauratōe ossis quādo ei⁹ fractura est sola: ⁊ quod est in circuitu eius ex ossibus est saluū. 121

Nerui uero ⁊ tenātos punctura ꝓpter plurimū sensuz ⁊ ꝓpter hoc q̃ cōtinua est fm ꝓncipiuz ꝓticula pata est aduocare spasmū: ⁊ maxie quum nō respiret exteri⁹ excecata cutis pforatione. hāc igit oz apire ⁊ exsiccare substātia leptomeri pertrāsire potēti ad profundum usqz ad perforatū neruū. dictum est autem de hoc pfecte in terapentice facultatis litteris. In simplicib⁹ igit huiusmodi generis dispositiōibus salubrium causarum est forma talis quam dixi.

Solutio autē cōtinuitatis facte in neruo ⁊ cordis ꝓpter superfluitatē sensus horū membrorū ⁊ ꝓpter cōtinuitatem eor̃ cum cerebro attrahit spasmū uelociter: ⁊ precipue quando nō resoluūtur superfluitates que sunt in ea ad

exteriora: ⁊ illud fit quãdo cõstringit scissura cutis: ⁊ propter hoc oportz ut apiatur hec scissura: ⁊ exsiccetur ulcus cum medicina cuius substãtia sit subtilis ita ut sit possibile ut submergat ⁊ pueniat ad profundũ donec pueniat ad neruũ que cõsecuta est scissura. ⁊ iã narraui illud narratiõe cõpleta in libro de ingenio sanitatis.

Nomen nerui in sermone medicorꝫ cadit sup tres significatões. vna earũ est neruꝰ nat ex cerebro ⁊ nucha: ⁊ est ille quo fit sensus ⁊ motus. ⁊ secũda ē ligamẽta que ligãt iũcturas ⁊ mẽbra ligata cũ ossibus. ⁊ tertia ē corda: ⁊ corda ē nascẽs ex musculo. qõ est q; muscul ꝰ est cõpositꝰ ex carne simplici ⁊ neruis ⁊ textis ⁊ intrãtibꝰ in eo. qum ergo pueniat ad vltimũ eiꝰ redit neruus ⁊ generat er eo corda. ⁊ Gal. quidẽ intellexit in hoc smone neruũ nascẽtẽ ex cerebro ⁊ ex nucha: ⁊ cordas generatas ex eo tm̃ sine ligamẽtis. Qum g̃ cadit in istis mẽbris vulnꝰ: est dolor eorꝫ vehemẽs valde, ppter superfluitatẽ sensus eorꝫ ⁊ cõtinuitatẽ eorꝫ cũ cerebro. multotiẽs. n. attrahit vehemẽtia doloris eorꝫ spasmũ. q; si adiũgat ad vehemẽtiã dolorꝭ eorꝫ phibitio resolutõis veneni ⁊ sordiciei gnãte ī vulnẽ: addit sup illõ dolor ⁊ fit spasmꝰ maior. si g̃ nõ fit festinatio cũ eo quod oꝫ in curatiõe horuꝫ mẽbrorꝫ: pducit ad mortẽ velocẽ. Et Gal. dat canones in curatõe eorũ mẽbrorꝫ quãdo soluit cõtinuitas eorꝫ ⁊ dicit: Oportz in pmis vt apiat scissura ⁊ dilatet dõec currat ex ea virꝰ ⁊ egrediat sordicies: deide medica vlcꝰ cũ medicina desiccãte ipm cũ eqlitate: ⁊ oꝫ vt sit ei vtꝰ calefaciẽs vt resoluat er eo illõ qõ aggregat ī ipo. qõ ē: q; medicie oẽs fride nocẽt neruis nocumẽto pmordiali. deide opꝫ vt sit harꝫ medicinarꝫ subã q̃ calefaciũt mẽbꝫ cũ eqlitate ⁊ exsiccãt ipm plꝰ eqli subtilis vt submergat ⁊ pueniat ad pfundũ nerui. n. sunt positi nã in pfundo: vt qcqd ē sup eos coopiat eos ⁊ defendat eos a nocumẽtis extrinsec. ⁊ medicine q̃ calefaciũt cũ eqlitate ⁊ exsiccãt ipm plꝰ eqlitate ⁊ sunt cũ illo subtilis substãtie. sunt genera lactis extracta ab arboribꝰ ⁊ gũme ⁊ olea subtilia quibꝰ inuoluit mẽbrũ. genera vo lactis ⁊ gũme sũt he sic alimbat. i. terebintina ⁊ oppoponacũ ⁊ euforbiũ ⁊ serapinũ. olea vo subtilia sunt sic oleũ de kerua ⁊ oleũ antiquũ: ⁊ smone absoluto reliq̃ gũme ⁊ olea qbꝰ ē calitas tepida ⁊ exsiccatio ⁊ ē ei subtilitas in subã: ⁊ de, ppetatibꝰ eorꝫ ē vt pueniant ⁊ submergãt ⁊ penetrẽt ad membra iteriora qñ fuũt er eis emplastra ⁊ emplastrant er eis loca infinita aut iijciũt in vlcẽ. Dicit g̃ Gal. tria vlnera simplicia. vnũ eorꝫ ē vulnus qõ ē in carne simplex. ⁊ secũdũ ē fractura ossis qñ id qõ ē in circuitu eiꝰ est saluũ. ⁊ tertiũ vulnera neui simplicia sicut pũcture nerui cum acu aut cultello subtili. ⁊ ostdit canonẽ in curatõe cuiusq; horꝫ vlcerũ triũ simpliciũ: ⁊ innuit ad hoc q; ipse iã determinauit illud determinatiõe vltima in libro suo de ingenio sanitat: deide ipe cõtinuauit hũc sermonẽ cum datione canonis in curatiõe solutionis cõtinuitatis composite. 122

Cõm cõpositas uero complexe ut in ulceribus. pma quidẽ est cõcauitas quã quidã nõ aliã dispositõem sed ulceris tm̃ arbitrãt differentiã. Est aũt nõ tm̃ differẽtia hoc tale: sed alterꝫ quoddã genus egritudinis totꝰ in quo substãtie ipius est pditio. ⁊ igit curatio ipius in duplici passione: duplici indiget intentiõe. cõtinuitatis enim solutio unione: substantie uero perditio generatione indiget.

Qm ergo solutio cõtinuitatis est cõposita: tũc pmũ quod cõponit cum ulcere est cõcauitas. ⁊ putauerũt qdã q; illud non est egritudo alia nisi ulcus. ⁊ qa ipa nõ est nisi aliqua spẽrũ eiꝰ uerũ cõcauitas nõ est aliqua spẽs ulceris: sed est genꝰ aliud egritudis in quo pdit er sbstãtia mẽbri aliqd. ⁊ hec egritudo qm̃ sit cõposita ex duabus egritudinibus: necesse est ut sit eius curatio composita ex duabꝰ intẽtiõibus. quod est: qa solutio cõtinuitatis indiget cõsolidatõe: ⁊ pditio eius quod pditum est de substãtia mẽbri indiget generatione ⁊ restauratione.

Sermo iste est intellectꝰ. ostẽdit. n. in eo Galienꝰ q; quãdo cũ vlcere est pditio ptis carnis aut alteriꝰ donec sit ei, pfunditas nõ ē vlcꝰ simplex sed vlcꝰ ⁊ positũ er duabꝰ rebꝰ: quarꝫ vna ē solutio ⁊ tinuitat mẽbri: ⁊ altera pditio ptis mẽbri: ẹ̃re opꝫ vt restauraret quod fit loco ptis pdite: deinde ⁊ solidet solutio. 123

Dicte uero sunt paulo prius generationis intentiones.

Etiam narrauimꝰ paulo ante intẽtiones generatõis carnis.

Intẽtões in gnãtõe subẽ pdite er vlcẽ ē ⁊ fuatio mẽbri sup illõ sm q; ē nã. Et dare medicinas in qbꝰ ē absersio veneni ⁊ sordiciei aut sm. semitã ẽplandi aut cũ ẽplis aut cũ liciuijs aut cũ iniectõibꝰ: ⁊ dare cibos ⁊ potꝰ er qbꝰ gnãt sanguis q̃ sit bõa mã cõueniens er q̃ generet natura cãbiũ subẽ pdite er vlcere. 124

Et quidez oportet curare primuz hanc dispositiõem: deinde aggredi unire sicut ipa nã rerũ indicat. Quãdo igit repletũ fuerit quod concauuz ⁊ equale ulcus extiterit: tũc alterã intentionẽ afferri oportet. Media enim noua carne exñte labiorũ ulceris uniri qdem impossibile est distantiã.

Et ipa res significat tibi q; nõ conuenit tibi nisi ut intendas in primis ad hanc egritudinem scilz diminutio

nez;deinde coneris ad consolidatōem solutionis cōtinuitatis.uerūtamē quādo implet loc' ille cōcauus ⁊ equat sup ficies cutis: accidit ut destruat una duarum intētionū. quod ē: qa caro que generat in ulcere qñ fit in eo qō ē int duo labia eius aliquid:nō est possibile ut cōsolidētur ille partes que fuerant solute adinuicez.

Per sermonē suum: ⁊ ipsa res significat tibi: vult quoniā ipsum vlcus in quo est ,pfunditas: scilz erquo pdita est pars mēbri significat tibi qꝑ tu indiges in primis vt compleas diminutiōem. quam ergo compleueris eam conare vt cōtinues illud quod disruptum est ex partib' membri: ⁊ res que complet diminutionē est manifesta:quia fit in eo quod est inter duo labia vlceris:quare ,phibet aggregari labia vlceris:quapropter est necessaria in cōsolidatōe solutionis ptiū vlceris via alia que est preter aggregatiōem partiū ⁊ vnitiōem earū:in intentōe ⁊ suitione ⁊ ipsarū sustentatōe cum plumaceol' duplicatis: ⁊ strictura earū cuz ligamēto conueniente ad aggregatōem partiū disruptarū. 125

Atētionē ergo curatiōis aliā inenire oportet. Inuētionē uero ex eo quod fm naturā habebim' qō circū facere pti cōuenit.fm naturā uero erat eā coopire cute. hoc igit nobis est faciēdum:aut si impossibilis est intentio:aliquid simile cuti carnē scilz callosam faciendū est. Erit autez huiusmodi caro siccata similis priori cuti ⁊ callosa. Sic cātib' igit ⁊ stipticis sine mordicatione erit op' pharmacijs ad cicatrizatiōes.

Et oportet ut ingenies intentōem ad sanatōem partiū:⁊ inuentio illius intētionis est ex re naturali quam oportet fieri in mēbro: ⁊ iā fuit mēbrū in natura sua quādo fuit cooptū cute. oportet ergo ut facias illud in eo.q̄ si hec intētio nō est possibilis ut compleatur:tūc oportet ut faciam' rem similez cuti: ⁊ oportet ut ingenieꝯ superficies carnis illius ut fiat similis cuti: ⁊ nō fiat ita nisi quādo exsiccatur ⁊ indurat. ⁊ ,ppter illud indiget ulcera que iā completa sunt carne donec consolidentur medicinis que exsiccant ⁊ ꝓstringūt absqz mordicatione.

Postq̄ ostidit aī B:qꝛ qñ nasciꝯ ,pfūditate vlceris caro donec implet ,pfūditatē ei' totā:⁊ iā ,phibz hic caro nata a cōsolidatōe labia vlceris: dicit in B sermone:qꝛ oꝛ vt nascat sup hāc carnē cutis q̄ coopiat eaz fm q̄ fuit in primis mēbro nā ⁊ natiuitas cutis ñ ē possibilis oꝛ g̃ vt siccet superficies hui' carnis ⁊ indurēt donec fiat i eēntia cutis loco ei'. Et medicine q̄dē q̄ exsiccāt hāc carnē ⁊ indurāt eam sunt ille que exsiccāt ⁊ ꝓstrigūt absqz mordicatōe:sic pellicule granatoꝝ ⁊ cortices eoꝝ:⁊ calx abluta:⁊ lytargiriū:⁊ scoria argēti: ⁊ alcedico:aut simplicia aut ꝓposita:⁊ reliq̄ q̄ currit B curiu.s.q̄ exsiccāt ⁊ cōstrigūt manifestū carnis donec fiat illud sile cuti. 126

Ta uero ⁊ si ulcus in putredinem uertat:intētio qdem est purgare pharmacū uero sulubre ripticom.

Et similiter si generetur in ulcere sordicies: tunc oportet ut sit intētio tua abstersio illius sordicici:⁊ medicina afferēs sanitatem tūc est medicina abstersiua.

Occultauit.n.Gal.in B sermone illud qō voluit dicere ⁊ docē occultatōe vehemēti.qō est:qꝛ ī ,pfundo vlceris generat qñq̄z sordicies.s.putredo ⁊ vir' ex causmlis:quaꝝ vna ē ex superfluitate nutriēti mēbri. ⁊ secūda est ex malicia regimis ifirmi:qñ pmiscet ī cibis ⁊ potib'. ⁊ tertia ē ex erroze medici:qñ ponit sup vlc' medicinā in cōueniente.⁊ qñ generat in vlcere sordicies:⁊ ,phibz nāz ad hoc vt faciat nasci ī eo carnē loco ei' qō pditū ē ex ea Galien' g̃ pcepit tibi vt ponas ī vlcē medicinaz q̄ abstergat illā sordicie donec ppet nāe vt faciat nasci carnē. si aūt medicina quā tu ponis ī vlcere ē vehemēt abstersiōis .s.vt abstergat pl' q̄z oꝛ:addit ī ,pfunditatē vlceris:⁊ ,phibet natiuitatē carnis ī eo. ⁊ si ē pauce abstersiōis seu vt abstergat min' q̄z oꝛ:remanz residuū ex sordicie qō ,phibz natitatē carnis.⁊ pp illō oꝛ vt ꝓsideret vlc' ⁊ attēdat nā in eo:⁊ mūdificet:aut cū lana aut cū coto.⁊ scias cāz ,phibentē natiuitatē carnis ī eo ⁊ destruas eā: ⁊ ponas sup ipm ex medicis abstergētib' que ꝓfuant ꝓpter mēbri:⁊ abstergūt illud qō generat in eo de sordicie cū q̄titate sufficiēte absqz additōe ⁊ sine diminutōe. 127

Dictū est autē hozū in his que de pharmacijs materia

Et iam dixi medicinas que abstergunt in libris in quibus posui esse medicinarum.

Et libris ī q̄b' narrauit eē medicinaꝝ ē liber ei' in medicis simplicib': ⁊ liber ei' q̄ nōat catagenis ⁊ liber ei' qui nōat aliuchomir:⁊ liber ei' in medicis inuent ī oī loco:⁊ liber ei' in ꝓfectōib': ⁊ liber ei' ī virtuti b' cibozꝝ:⁊ liber e' ī bōitate chimi ⁊ malicia ei': ⁊ liber ei' ī regimie subtiliatiuo:⁊ canōes curatōis vlceris ī tractati b' pmis libri q̄ nōat ingeniū sanitatis:⁊ tractat' secūdus libri sui q̄ nōat ad glauconē.⁊ ego exēplificabo tibi medicinas abstergētes:⁊ illas q̄ faciūt nasci carnē.dico g̃ qꝑ sūt fic thus ⁊ aristologia ⁊ ozob' ⁊ resina.i.gūmi pini: ⁊ pix.⁊ sicut iste medicine multe inuētiōis ex q̄b' cōponūtur emplastra ⁊ puluerrs ⁊ alia q̄ ponunt sup vlcera.Et postq̄z dedit Galen' canones natiuitatis carnis in ,pfundo vlceris ex quo pdita est pars carnis: ⁊ canonē assimilatiōis ei' qō apparet de carne nata cū natura carnis:narrat qualr componūt oia vlcera:⁊ dicit: 128

Et qdē si phlegmō ⁊ cassatō ⁊ scli rosis aut tumor cuz ulcere fuerit curādū illa pus p eas q̄ dicte sūt rōes. ita uero ⁊ si influat aliqd ulceri: curandū est fm influētiū curatiōem. Sil'r uero ⁊ si discrasia aliq̄ fiat fm ulceratū locū: ad discrasie pus ire oz adiutoria.

Et sil'r si cuz ulcere ē apostema calidū aut duruz aut molle aut cassatio: tūc oportet ut intēdas in pmis ad curationē hoz accūtiuz p uias q̄s narrabo: sil'r ⁊ si effundit' ad ulc' hūiditas tunc oportet ut cures illud cū eo quod est cōueniens ad abscindendū illud qō currit ⁊ attrahit'. ⁊ simil'r est si ꝯplexio mēbri in quo est ulcus iam corrupta est tunc oportet ut iuenias in pmis cū medicinis que rectificant corruptionez cōplexionis eius.

Multotiēs effundit' ad locū ulcer] mā ⁊ generat' ex ea apostema. si ergo mā effusa aut attracta ē sanguis aut hūor choleric': generat' ex ea apa calidū. si aūt est melācholia vel phlegma q̄ sunt caseata generat' apa durz. ⁊ si est phl'a subtile: gnāt' ex eo apa molle: ⁊ fortasse accidit cū ulcere cassatio aut excoriatio aut concussio aut attritio et fractura. aut multotiēs effunditur aut attrahit' ad ulcus hūiditas subtilis venenosa. ⁊ fortasse mutat' cōplexio mēbri. quecūq̄ ḡ res accidūt ex istis: faciūt ulcus cōpositū ex ea ⁊ ex iplo ulcere. ⁊ Galien' quidē precipit tibi vt icipias anī curationē ulceris cuz curatiōe cuiusq̄ hoz qō accīt cuz ulcere; ppterea q̄ iste res necāt nām mēbri: ⁊ phibēt eam a gnātione carnis ⁊ ꝯsolidatiōe solutōis ꝯtinuitatis. ⁊ multe ex eis faciūt ulcus malū fraudulentū difficil' pauatōis: sicut corruptio cōplexionis mēbri. hec enī egritudo qñ componit' cū ulcere: facit ipz ulc' malū fetulentū ⁊ fraudulentū: ⁊ sil'r virus. ⁊ fortassis effundit' ad ipm chola ni. ⁊ fit ulcus cancrosū. Et canon cōis in egritudinib' cōpositis est vt cōsideres timorositatē eaz: ⁊ q̄ est vehemētiozis ex eis periculi: ⁊ que nō sanat' donec sanet' que est anī eaz: tūc ergo incipe cū ea q̄ est magis timorosa. Exemplū illud est cuz ulcerib' cancerosis vt euacues corp' ex cho. ni. ⁊ mūdifices ipm: ⁊ ponas sup ipm ulc' qō refrigeret: rectificet: ⁊ siccet absq̄ mordicatōe: sicut emplm factuz ex tutia abluta. ⁊ si mēbri cōplexio iam corrupta est: ⁊ videm' incisionē eius iam fieri debere: pperam' cū incisiōe ei' ex loco saluo: ⁊ pūcim' ipm cum toto mēbro corrupte cōplexionis. ⁊ fortassis indigem' in dbusdaz ulcerib' cauterio cū igne. ⁊ melior est medicor q̄ pōt curare ulcera mala fraudulēta corrodētia cū medicinis quas ponit: ⁊ faciūt illud qō facit incisio cū ferro aut cauteriū cuz igne: in hēnī apparet prudētis medici opatio sup ipsuadentē. ⁊ pp illud dic' Ga. medicinas ī ist] ulcerib': ⁊ tacuit ō incisiōe eoz cū ferro: ⁊ cauterizatōe eoz cū igne. 129

Et de his qdē sufficienē dcm est.

Et iam sufficit in capitulo illud qō narrauimus.

Significat p hoc capl'm curatōes ulcerz cōpositorū. ipse. n. dicit in eo fmonē cōem: ⁊ est vt icipias in curatiōe eoz ab eo sine pcessiōe sanatōis: cui' in pmis impossibilis ē eoz sanatio. 130

Id uero quod propter plasmationem ueniendum iam est genus in plures differētias diuisuz: sed a manifestissimo principiū oratiōi ponendū est qō fm figure pmutatōez fit.

Et oportet ut ueniamus iaz ad aliud genus egritudis: ⁊ est egritudo que est i forma. ⁊ hoc gen' diuidit' i spēs multas: uerūtā ozut icipias a manifestatōe eaz: ⁊ illa ē mutatio figure.

Postq̄ cessauit a doctrina canonū curatōis solonis ꝯtinuitat]: redit ad illud qō est postremū ei' ex remēoratōe canonū curōis egritudinū ꝯpōis mēbrorū. ⁊ sūt q̄tuor gnā: forma: q̄ritas nūer': positio. ⁊ icepit a genē egritudinū forme. ⁊ spēs ei' sē egritudo q̄ fit ī figura: ⁊ egritudo q̄ fit ī gibbositate: ⁊ egritudo q̄ fit ī ꝯcauitate: sic opila': aspitas lēitas. ⁊ icepit cū egritudib' b' generab ea q̄ ē mānifestior apō fsū: ⁊ ē mutatio figure. 131

Et Dum ig̃it' que adhuc crescūt possibile est figuram plurimarū partiuz corrigere: horuz uero que excreuerunt nequaq̄z.

Ideo ergo q̄ quz corpus est pmanens in augmēto: possibile est ut rectificetur figura pluriū membroruz eius. quādo uero complet' corpus: nō est possibile ut rectificet' figura mēbrorum eius.

Augmētū aūt ē extēsio mēbroz ⁊ augmētū eoz. cū ḡ pmanēt mēbra ita q̄ extendūt ⁊ crescūt: tē corp' est ī augmēto: ⁊ diuersificat in h. qō est: q̄ augmētū est pl' in pubertate q̄ sit ī etate illi' q̄ seqūt pubertatē. ⁊ augmētū in ist] ē pl' q̄ in illis q̄ sūt maioris etat]. ⁊ augmētū in ill' qui sē maioris etat] ē pl' q̄ sit ī adolescētib'. ⁊ apō postremū adolescētie stat extēsio mēbroz ⁊ augmētū eorū. ⁊ qñ pl' puer ē minoris etat]: stat augmētū ei' pl'. ⁊ qñ pl' est maior] etat]: est augmētū ei' min'. ⁊ nos iā dixim' in eo qō pterijt q̄ possibile ē vt os restaurek in puericia: pp duas res: q̄z pma ē ppinq̄tas tpis cū gnātiōe pp remanētiā virtut] spmat] ī mēbris: ⁊ alia pp lenitatē ossis ī puericia. ī alijs vō nō est possibile vt restaurek pp duas res. vna ē lōgitudo tpis a gnātiōe pp ꝯsuptōz virut] spermat] ex mēbris gnāt] ex spmate. ⁊ secda ē pp duriciē ipi' ossis. ⁊ plurimū figura mēbroz ē fz figurā ossis: naz si os est eq̄le fm rez nālem: fit figura mēbri eq̄lis: qñ os stat ī mēbro officiali loco fundamēti sup qō fabricat': ḡ dispō ī figuris mēbroz est fm dispōez ī figur] ossiū differētiū ea nā si ē possibile ī osse vt eq̄t figura ei' donec eq̄t: possibile ē sil'e illi' ī nūbro. ⁊ si nō ē possibile illō ī osse: nō ē possibile vt fit illud in mēbro. iaz ergo declaratū est p illud quod dixim' q̄ figuras mēbroz possibile ē rectificari in corpi

bus que sunt in augmento: ⁊ nõ est possibilis eorꝫ rectificatio in corpib⁹ que trãseũt augmẽtũ: ⁊ qñ est pl⁹ corpus crescẽs est rectificatio figurarꝫ membrorꝫ ei⁹ possibilior ⁊ ꝓpiquiorꝫ acceptõis q̃ illud quod est post. 132

Intentio uero ut si possibile ē curari ad contrarium adducere distorsionis.

Et oportz ut sit intentio tua in mẽbris in quibus eorum rectificatio ē possibilis reducere ea a parte ad quam torta fuerunt ad diuersum eius.

Membra figurarꝫ quorũ rectificatio est possibilis: sunt illa que sunt in augmẽto. ista enĩ membra qñ tendũt ad diuersitatẽ ptis ad quã torta sunt ⁊ equat eorꝫ tortuositas: ⁊ sustentãt cũ plumaceolis aut tabellis: ⁊ bñ ligant ⁊ embrocant in hora solutõis eorũ cũ aqua calida: ⁊ inunguntcũ aliquo oleo: ⁊ assiduat illud sup ea: rectificãt eorũ figure torte. 133

Si uero fractura nõ recte plasmata uel solidata peccauerit alicui membri figura si adhuc recens potus existat: iterum frangere oportet ⁊ hoc plasmare ꝓfesti recte: deide fieri porũ.

Et quãdo est corruptio figure mannum ⁊ pedum ꝓpter fracturaz que non fuit equata ⁊ restaurata scõm q̃ oportuit: deinde os quod fractũ fuit restauratũ est restauratione firma: tũc oportet ut dimittas ipsum et non facias ei contrarietatẽ. ⁊ si restauratio eius non est firma ⁊ stricta uel fortis: tunc oportet ut frãgas ipsum denuo. deide equa ipsuz: postea ingenia ut nascatur in eo porus ⁊ restauretur cum eo.

Iste sm̃o est cõis in oib⁹ mẽbris i quib⁹ frãgit os figure. figure nãq; eorꝫ mutant p fractionẽ ossis. Et Ga. q̃dez castigat te i eis vt ꝓsideres: naz si mẽbꝫ iam fractũ equatũ est: ⁊ iã rectificatũ ⁊ restauratũ ſz q̃ oz: tũc est illud qõ ꝑscitũ est. ⁊ si nõ est iam rectificatũ: tũc ꝓsidera: nam si inuenis ipm nõ restauratũ restauratione firma: ſz restauratũ est restauratõe non firma: tũc itera fracturã eius: ⁊ equa ipm ⁊ rectifica eũ ⁊ liga eũ: ⁊ fac in eo illud quod faceres i ipso si esset hora fracture: donec restaureť ⁊ firmeť eius restauratio sm̃ figurã cõueniente. ⁊ si inueniť ipm iam restauratũ sm̃ tortuositatẽ: ⁊ firmata est ei⁹ restauratio: tũc dimitte illud sm̃ dispõnez suam ⁊ nõ facies opus nouũ qñ corp⁹ iaz ptransiit augmẽtũ. ⁊ si corp⁹ est i agmẽto tũc conare cõtionẽ figure mẽbri ipsi⁹ roti⁹ si est tortũ in sua forma: sm̃ q̃ narro tibi: praeter q̃ facias ꝓietatẽ fracture ossis cui⁹ restauratio iã firmata ē. ⁊ ego narro tibi rem quã testificat⁹ sm̃: Vidi senẽ l xx. annorꝫ: cui⁹ ancha fracta fuit: ⁊ restaurata ſz tortuositatẽ restauratõe firma. postq̃ ergo vidi euz: ꝓcepi ei vt embrocaret cũ aq̃ calida: ⁊ ponẽt sup ipsaz qõ leniret eã: vt alleuiaret grossicies ⁊ ouricies q̃ erat i loco fracture. fecit g̃ illud: ⁊ ambulauit sup pedes suos ambulatiõe debili sm̃ claudicationẽ. ⁊ iste quidẽ senex fuit multi census: q̃re nõ placuit sibi ambulatio ei⁹. vocauit g̃ vnuz restauratorẽ: ⁊ inꝛogauit eũ si eẽt ei euasio a claudicatõe. estimauit g̃ ille restaurator q̃ rectificaret eũ postq̃ frangeret ancha ei⁹ denuo: deinde restauret eaz. ⁊ cõuenit cũ eo sup. l. aureos. postea senex misit ad meyr facẽt scire me illõ qõ fuerat inter ipz ⁊ restauratorẽ. Dixi g̃ ei: tu es vir multi census: ⁊ si remanet ex vita tua i quo expẽdas censũ tuũ: ⁊ non ē tibi necessariũ vt fias cursor ⁊ ambules via longinq̃: sis g̃ cõtent⁹ in claudicatõe tua: ⁊ nõ decipiat te sm̃o b⁹ restaurator: ⁊ recessi ab eo. ⁊ vẽit p⁹me restaurator ⁊ strinxit i ancha ei⁹ funes ꝓstrictorio forti: ⁊ strinxit eũ ⁊ cõtusa fuit eius corꝫ. fuit g̃ illud cã mortis sue festine anteq̃ cõpleret ps operis restauratoris. Et opz vt scias q̃ os qñq; frangit latitudinaliter: ⁊ longitudinaliter: ⁊ trãsuerse: ⁊ rotũde. ⁊ qñq; cadit sup ipm aliq̃d ⁊ ꝓtundit ipz seu frãgit ipm faciẽdo frusta i ipso. ⁊ cogitatio tua cuiusq̃ horꝫ est p tactũ cuz manu: ⁊ p ꝓsideratione cuz oculo: ⁊ studiũ in opatione. 134

Et autem ⁊ emphrasis ex hoc genere egritudinum.

Et opilatio etiaz est ex hoc genere egritudinum.

Dicit q̃ opilatio ē vna ex spẽb⁹ generis egritudinũ factarꝫ in forma. 135

Hec qdẽ a glutinos ⁊ pinguib⁹ huoribus fit: unã qdẽ ⁊ eãdẽ intẽtiõem hñs ꝓtrariã passiõi emphras. Cãe uero salubres riptica ⁊ icisiua pharmaca.

Et quando opilatio est ex supfluitate grossa uiscosa: tunc intentio in medicatione eius est intentio una cõtraria ipsi egritudini ⁊ est aptio. ⁊ cause attrahẽtes sanitatẽ in ea sunt medicine que abstergunt ⁊ incidunt.

Supfluitas grossa ⁊ viscosa iuiscat ⁊ cõculcat in meatib⁹ ⁊ opilat eos: ⁊ ꝓculcat illõ qõ currit i eis ⁊ ꝓpẽ illud ē intẽtio aptio meatuũ. ⁊ aptio meatuũ ex supfluitate grossa ⁊ viscosa ē cuz medicinis q̃ incidũt supfluitatis grossitudinẽ ⁊ subtiliãt eã: q̃re destruit ei⁹ viscositas. ⁊ ē necessariuz vt sit in eis supfluitas abstersiõis: vt abstergãt illud qõ cõculcatũ ē ex ea in meatu. ⁊ intende sm̃onẽ Gal. supfluitate g̃ssa viscosa. nã supfluitas in vno quoq; mẽbrorꝫ gnãta cõcauorꝫ ē ꝓpiqua nã nutrimenti ei⁹. qõ ē: qz supfluitas in vnoquoq; mẽbrorꝫ ē illõ quod supest a nutrimẽto ei⁹. Et ꝓpter hoc fit opilatio i neruis faciẽs palysim difficilis sanatõis: ꝓpterea q̃ nutrimẽtũ nerui ē ꝓpinquũ nature eius. l. humor grossus viscosus. g̃ supfluitas ei⁹ sm̃ hãc rõcinatõem ē deterior eo in g̃ssitudine ⁊ viscositate: ⁊ aqua descẽdẽs in oculũ ei⁹ ē bmõi qõ ē: qz opilatio in pupilla seu in foramine vuee ē q̃ phibet spũ visibilẽ: sicut phibet opilatio in neruo spũ aiale a penetratõe vt moueat mẽbra ⁊ faciat ea sentire. ⁊ nos q̃dẽ pmuram⁹ eã qum cadat a pupilla ad inferiora vuee ⁊ remouet opilatio. qũ g̃ puenit ad inferiora vuee: figit in ea ⁊ adheret cũ ea ⁊ resoluit sm̃ dies. opilatio autẽ in neruo indiget oigõne supfluitatis ex qua gnãt ⁊ subtiliatione ei⁹ ⁊ ei⁹ eiacuatõe ⁊ abstersiõe ei⁹. 136

Qvle uero ex stercore duro qd adhesit intestino: priorē quidem habebit in duricie correctiōez ex humidis ⁊ pinguibus clismatibus .i. clysterijs: deinde uero euacuatōem ex acribus.

Et si opilatio est ex stercore duro quod fixum est in loco intestini: tunc intētio prima in medicatiōe istius stercoris est lenificatio duriciei illi⁹ stercoris cum clysteri humido ⁊ pingui: et intentio secunda est euacuatio eius cū clysteri acuto.

Colica est opilatio in intestino: ⁊ ipsa quidez fit ex stercore duro quod iam adhesit in ꝯcauitate intestini: ⁊ fit ex pblegmate viscoso quod innascitur in intestino. ⁊ ledit p duas res. s. p frigus suū: ⁊ p hoc quia opilatio est in intestino: ⁊ fit ex vētositate grossa et in pblegmate cuius penetratio est difficilis quare extendit intestinū: ⁊ fit ex apostemate: ⁊ fit ex hu. cholerico q̄ inuiscat in tunicis intestini ⁊ mordicat ipm: quare facit ipm dolere ⁊ pbibet ad ipm currere egōem fm cōsuetudinem suam. ⁊ intētio cuiusq̄ eorū in curatōne sumpta est ex eo. Et Gal. quidē ponit vnius eorū exemplū vt fit ita ⁊ super illud in curatōe eius quod accit ex reliquis. ⁊ fmo ei⁹ est intellectus. quod est: quia quādo est curatio stercoris duri fixi in intestino lenificatio duriciei ei⁹ est cum clysteri humido pingui: tūc quādo lenit ⁊ humectatur euacuat cū clystri acuto. ergo curatio pblegmatis vi trei grossi viscosi est calefactio eius ⁊ ipsius incisio: ⁊ destructio viscositatis est cū clysteri acuto in quo sunt medicine calide subtiles abstergētes: deinde euacuatio eius cū clysteri acuto: ⁊ fm hoc exemplū curat vētositas q̄ssa inflatiua cū eo quod carminat eā ⁊ resoluit ipaz ⁊ exbit ipam ab inferiori: ⁊ curat colica cum eo quod facit eam descēdere ⁊ extrahit eam. ⁊ curatio apostematis ē itrās in medicatōem apostematū interiorū: ⁊ ipse dicet eaz in eo quod futurū est. 136

Qvle uero ex lapide circa uesicā ex pnti quidez transpositōe indiget: curatiōis uero perfecte gratia: per incisionem est cura.

Et si opilatio est ꝓpter lapidem in uesica: tunc intētio in curatiōe ei⁹ festinātur est remotio lapidis a meatu qui est opilatus. Sanatio uero fit per sectiōem ⁊ extractōem lapidis.

Dicit Gal. ex curatōne lapidis generati in vesica graui⁹ est: quod est vt fit signās sup illud quod est ante ipm. quod est: quia lapis generat i multis locis corpoꝝ: verūtamē generatio ei⁹ in vesica est manifestior: ⁊ in renib⁹ fimilr: ⁊ in alijs locis est occultior et rare inuētōis. Et nos quidē curam⁹ lapidē generatuz in vesica ⁊ in renib⁹ cū medicinis que frangūt lapidē ⁊ faciunt ipm barenā: sicut vitrū combustū: ⁊ lapis iudaicus: ⁊ sanguis scorpionis: ⁊ lapis nat⁹ in spōgia: ⁊ sūt ea, puo cātia vrinā: ⁊ reliqua que sunt his similia. ⁊ nō ē i omni mēbro nobis possibile remouere lapidē ab orificio meatus: neq̄ secare locū ⁊ extrahere lapidē ex eo: exemplum illi⁹ sunt renes. nō est ei ad remouēdū lapidē ab orificio meat⁹ ingeniū cuz instrumēto quod intromittam⁹ in eis neq̄ ad secandū renes: verūtamē lapis generat⁹ in renibus est minor ⁊ subtilior q̄z lapis generatus in vesica: et forma ei⁹ est generalr rotūda ⁊ currit cuz vrina p hoc q̄ natura expellit ipm quādo adiuuam⁹ eā cū medicinis: ⁊ nō est studiuz ei⁹ a renibus: ⁊ ꝓpter hoc indiget vesica in multis horis remotōne lapidis ab orificio meat⁹ aut ita vt inclinem⁹ infirmū ⁊ eleuem⁹ pedes ei⁹ sursum ⁊ cōcutiam⁹ ipm donec recedat lapis ab orificio meatus: aut p introitū instrumēti nomiati alcatar. hoc enī instrumentū impellit lapidē ab orificio meatus: ⁊ currit vrina ex foramine quod est in eo: quia remouēt difficultates vrine facte ab opilatōe qua lapis opilauit meatū. sectōem aūt loci ⁊ extractiōez lapidis pbibet hippo. aut qñ hoc op⁹ nō erat assuetū aut scitū in tempe suo: aut vt faceret nos scire quia nō cōuenit nobis vt conemur quod nescimus ex festino tempe cū ferro. aut qñ apud eū erāt medicine ⁊ mod⁹ ali⁹ curatōis quē nesciuit aliq̄s: quo contēt⁹ erat a sectione lapidis: ⁊ iaz firmauerūt sectōem a lapide oēs qui ediderūt libzū in opatōe cū ferro. ⁊ si tu quādoq̄ instruct⁹ fueris ope anatomie nō indigebis vt addiscas aliquid opatōis cū ferro ab alio a te: immo tu eris magl audens ⁊ prudētior omni qui edidit in illo libzū. ⁊ ꝓpter illud abstinuit Gal. ab instructōe opis cū ferro in libzo B quem fit illud quod narrauit in ope anatomie sufficiens: quāuis iam pmiserit q̄ faceret illud: sed nos non videmus illud. 137

Ius uero q̄ ꝓter nāz in pte ꝯtic hūiditatis ē curatio in pfecta euacuatōe: quēadmodū in putredinibus.

Et qñ aggregat humiditas i loco membroꝝ: deide illa humiditas est egrediens a natura: tunc curatio ei⁹ est extractio eius totius: sicut sanies q̄ coartatur in pectore.

Studiterū est mod⁹ opilatiōis. sanies enī q̄ndo currit ⁊ puenit ad cōcauitatē alicui⁹ membroꝝ puenit opilatio in illa cōcauitate. ⁊ curatio ei⁹ est euacuare ipam totā aut cū medicinis aut cū apertiōe aut cū cauterio p ignē in quo est intētio exsiccare saniez ⁊ ꝯuinire eam. ⁊ sanies quidē que aggregat in pectore plurimū euacuat per tussim: ⁊ opottet vt medicine dent infirmo alleuiātes sputū: sicut hisopus sicca ⁊ prassiū ⁊ capilli veneris ⁊ ficus ⁊ hydromel ⁊ calamentū: ⁊ reliqua que sunt similia illis. 138

Omoderata uero repletio idiqz immoderata euacuatione: quemadmodū est in sanguine circa uenas.

Repletionis autē superflue medicatio est euacuatio equalis: sicut sanguinis multi aggregati in uenis.

Qvm sit canon cōis in curatōe egritudinū medicatio cōtrarij p cōtrariū: sequit vt sit curatio repletōis supflue euacuatio supflua. verū euacuationē supfluā nō tolerat virt⁹ multotiēs: aut qñ ipsa est granata ita q̄ iaz debilitat: aut ꝓpter supfluitatē frigoū

temporis pristis: aut ꝓpter supfluitatē caloris eiꝰ: aut ꝓp etatē infantie: aut ꝓpter etatē senectutis: aut qñ corpus est debilis virtutis: aut cā alia: aut tristicia: aut raritas: aut timor: aut aliud. Quiz q̄ inuenimꝰ in corpore repletionez supfluā: ⁊ virtꝰ est fortis tolerās: euacuamꝰ illud corpus eūone supflua: aut ꝑ phlebotomiā aliquaz venaz: aut ꝑ medicinā solutiuā: aut per sudorē ⁊ exercitiū supfluū. ꝙ si virtus eius est debilis nō tolerās: euacuamꝰ corꝑ paulatim oī die ptez vsq̄q̄ destruat repletio supflua. Et quiz Ha. docuit ī B li. illud qō intelligit discipulꝰ: ⁊ pfectꝰ medicꝰ in arte: ꝓcepit ī curatōe repletōis supflue cūonez fieri equalē: hec. n. euacuatio ꝛfert ī repletōe supflua ⁊ non nocet corporibꝰ debilibꝰ nocumēto magno. facit q̄ scire modū curatōis ꝛueniente oībꝰ corporibꝰ: donec nō eret aliqs ex eis qbꝰ nō est studiū: ⁊ attrahit sup q̄dam corpora nocumentū magnū ꝑ cūonez supfluā. qō est: qz magis ꝛueniēs ⁊ maiorē cautelā faciens ē euacuatio equalis. ⁊ sanguis q̄ in venis est nō est purꝰ: ſz sūt oēs būores sup quos vicit sanguis nā. ⁊ melior euacuatio ī hac spē egritudis ē phlebotomia. ꝙ si nō tolerat eaz etas ⁊ virtꝰ ⁊ tempꝰ: tūc ventose ⁊ scarificatōes sūt meliores sup calcaneos. si vo nō tolerat illud: tūc minoratio cibi ⁊ potꝰ: ⁊ assiduatio sudoris ⁊ motus cū aere balnei ⁊ cū fricatione est melior. 140

Q Ulibuscūqz uero circa uentrez ⁊ ī testinū ⁊ tracheā arteriam ⁊ pulmonē putredo aut sanguis ꝛtinet: ꝑfecta euacuatione indigent.

E Et similr etiam qñ aggregat in stomacho aut intestino aut ī cannali pulmonis: aut in pulmone sanies aut sāguis: tūc necē est ipz totū eūare.

E Ius aūt qō aggregat in vētre aut ī intestino euacuatio est cū medicinis q̄ abstergūt ⁊ leniūt nāz sic hydromel ⁊ aq̄ ficuū: ⁊ cū cibis abluentibꝰ sic simila hordei ⁊ aq̄ eiꝰ. Et aūt qō aggregat in cānali pulmonis aut ī pulmōe eūo est cū medicis q̄ faciūt euenire tussim ⁊ alleniāt sputū. Et oz vt ꝛsideres illud qō aggregat in īstrumētis pectoris: ⁊ si ē subtile nō ascendēs cū tussi: īuigrossa illud cū medicinis q̄ faciūt illō grossū viscosū: ⁊ illud ingrossant: sic amidū ⁊ decoctio sebesten: ⁊ se. papa. ⁊ si est grossū viscosū: ⁊ nō tolerat ipz aer exterior cū tussi: subtilia ipm: ⁊ incide ipm si iueneri cū oxymelle squilitico ⁊ secamabin ⁊ medicinis que incidūt ⁊ subtiliāt ⁊ faciunt facile sputuz. 141

Q Opliozis uero cibi ⁊ potus recētis adhuc ſz eūatiōez correctio ē

E Et quādo in uentre est supfluitas cibi ⁊ potus cuiꝰ tempꝰ non elongatur: tunc medicatio eius est euacuatio partis ipsius.

Q Uando ī stō est cibꝰ ⁊ potꝰ: ex multitudīe cuius ꝛsequit vt debilitet a cōprehēsione sup ipz ⁊ decotiōe eiꝰ: tūc medicatio eiꝰ est vt euacuet pars eiꝰ ꝑ vomitū: qñ non ē longinquz tempꝰ eius donec stomachus fit tolerans residui eius. 142

Q Uecūqz igitur in pulmone ⁊ thorace continent: cū tussibus q̄dez eūatio ē ⁊ pharmacijs extenuātibꝰ.

E Et qñ supfluitas est in pulmōe uel in pectore: tūc euacuatio eiꝰ est ꝑ tussim cū medicinis sbtilibꝰ.

Ilm diximꝰ exempla harum medicinaz in eo qō preterijt. 143

Q Uecūqz uero fm epar aut uenas aut arterias aut lūbos aut ꝑ urinas aut ꝑ uentrē debent euacuari: ſz ꝑ urinas quidē ab extenuātibꝰ uehementer: per uentrez uero attrahentibus et aperientibus.

E Et qñ supfluitas est in epate aut ī uenis aut ī rembꝰ: tūc euacuatio eiꝰ est aut ꝑ urinaz aut ꝑ solutionē uentris. ⁊ euacuatio eius ꝑ urinā fit cū medicinis q̄ subtiliant subtiliatiōe forti. ⁊ euacuatio eiꝰ ꝑ solutionē uentris fit cū medicinis que attrahūt ⁊ aperiūt.

